This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lc 40
646

Lc 40.646

Harvard College Library

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

26 April, 1899.

11797

Terentiana.

De Ciceronis studiis Terentianis

scripsit

Pavel Tchernyaev.

PAULUS TSCHERNJAEW, cand. phil.

CASANI.
Typis Antonovianis.
MDCCCXCVII.

Lc 40.646

APR 26 1899
LIBRARY.

Salisbury fund

Дозволено цензурою. Казань, 1 мая 1897 года.
Typis describere licitum est. Casani, Kal. Maiis a. MDCCCXCVII.

DE CICERONIS STUDIIS TERENTIANIS.

Ciceronem Terentii comoedias studiosissime legisse satis probari potest cum multitudine locorum, quos ex illo ad illustrandam orationem libris suis intermiscuit, tum singulis locutionibus, quae inde profectae sunt. At quaestio de Ciceronis studiis Terentianis omnino adhuc neglecta esse videtur, pauci enim viri docti hanc materiam in opusculis suis strictim attigerunt, non tam data opera quam occasione oblata.*) Quo factum est, ut demonstrare Cicero quid deberet Terentio mihi in animo esset.

Atque id ipsum, quod mihi proposui, sic digerendum putavi, ut primum locos Ciceronis, quibus versus Terentiani inducuntur, enumerarem, deinde omnino de

---

(*) *FRIEDLAENDER L.*, De nonnullis locis Ciceronianis, in quibus verba poetarum latent (Regimonti 1860). *VAHLEN I.*, De versibus nonnullis veterum poetarum Romanorum.....qui aut sunt aut esse crediti sunt apud M. Ciceronem (Berolini 1879). Eiusdem, Quaestiones Terentianae (Berolini 1883). Utraque Vahleni disputatio indicibus lectionum in Universitate Friderica Guilelma habitarum annexa est (Berolini 1879—80 et 1883—84). *SCHOLLMEYER E.*, Quid Cicero de poetis Romanorum iudicaverit (Halis Saxonum 1884). *LANDGRAF G.*, De Ciceronis elocutione in orationibus pro P. Quinctio et pro Sex. Roscio Amerino conspicua (Wirceburgi 1878). *HELLMUTH H.*, De sermonis proprietatibus, quae in prioribus Ciceronis orationibus inveniuntur (Acta sem. phil. Erlang. 1878, I pp. 101—174). *THIELMANN PH.*, De sermonis proprietatibus, quae leguntur apud Cornificium et in primis Ciceronis libris (Dissert. Argent. 1879, II). *MEYER P.*, De Ciceronis in epistolis ad Atticum sermone (Bayreuth 1887).

Terentii lectione in Ciceronis sermone conspicua nonnulla verba facerem.

His praemissis rem ipsam ingrediar.

Versus Terentii allegantur his locis Ciceronianis.*)

Ex ANDRIA.**)

V. 49

Hunc et tres sequentes vv. Cic. de inv. 1, 23, 33 laudat:„ Partitur apud Terentium breviter et commode senex in Andria (i. e. Simo), quae cognoscere libertum (i. e. Sosiam) velit:

(49—50)

Eo pacto et gnati vitam et consilium meum
Cognosces et quid facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat, primum gnati vitam:

(51—52)

Nam is postquam excessit ex ephebis [Sosia, et Liberius vivendi fuit potestas].

Deinde suum consilium:

(157)

Et nunc id operam do....

Deinde quid Sosiam velit facere, id quod postremum posuit in partitione, postremum dicit:

(168)

Nunc tuomst officium...

Quemadmodum igitur hic et ad primam quamque partem primum accessit, et omnibus absolutis, finem dicendi fecit, sic nobis placet, et ad singulas partes accedere, et omnibus absolutis, perorare.“

(*) Qui loci collecti sunt: 1) in Orellii Onomastico Tulliano s. v. Terentius, 2) in „Testimoniis,“ quae Umpfenbachius editioni Terentii (Berolini 1870) p. XLVI sqq. inspersit, et 3) in Schollmeyeri l. c. p. 9 sq.

**) In afferendis Ciceronis exemplis usus sum ed. Orelliana (Turici 1826—28), versus autem Terentianos ex ed. Dziatzkonis (Lipsiae 1884) exscripsi.

V. 51 laudat quoque Cic. de or. 2, 80, 327 (cf. infra v. 117 sqq.) et de inv. 1, 19, 27; cf. Arch. 3,4—Nam ut primum ex pueris excessit Archias...

V. 68

Ad hunc locum cf. Lael. 24, 89: „Sed nescio quo modo verum est, quod in Andria familiaris meus dicit:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Molesta veritas, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae; sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo, qui et veritatem aspernatur et in fraudem obsequio impellitur... In obsequio autem—quoniam Terentiano verbo lubenter utimur - comitas adsit".

Vv. 110—112

...Hic parvae consuetudinis
Causa huius mortem tam fert familiariter:
Quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?

Cic. de or. 2, 40, 172 allegat velut exemplum comparationis ex minore.

V. 112 citatur etiam in epp. ad Fam. 9, 7, 1.

V. 117(sqq.)

Hanc Terentii perspicuam narrationem Cic. de or. 2, 80, 326 sqq. probat a brevitate eius ac venustate:

(51)

...„Nam is postquam excessit ex ephebis... quam longa est narratio! mores adolescentis ipsius, et servilis percontatio, mors Chrysidis, vultus et forma, et lamentatio sororis, reliqua, pervarie iucundeque narrantur. Quod si hanc brevitatem quaesisset—

(117)

Ecfertur; imus.

(128)

...ad sepulcrum venimus;

(129)

In ignem inpositast;

[in his fere] decem versiculis totum conficere potuisset: quamquam hoc ipsum ecfertur, imus concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed magis venustati. Quod si nihil fuisset, nisi, in ignem inpositast: tamen res tota cognosci facile potuisset. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus"...

V. 189—

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores po-
[stulat

inducit Cic. Fam. 12, 25, 5: „Nunc - postulat: ut ait Terentius", pro „adfert" exhibens „defert".

Ex EUNUCHO.

V. 46(sq.)

Citat hunc locum Cic. de n. d. 3, 29 ,72: „Quid levitates comicae? parumne semper in ratione versantur? parumne subtiliter disputat ille (i. e. Phaedria) in Eunucho?

(46)

Quid igitur faciam?

(49)

Exclusit; revocat: redeam? non, si me obsecret".

Vv. 59—63

. . . . . Iniuriae,
Suspiciones, inimicitiae, indutiae,
Bellum, pax rursum: incerta haec si tu po-
[stules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam ut cum ratione insa-
[nias.

Integrum hunc locum laudat Cic. Tusc. 4, 35, 76 atque addit:„Haec inconstantia mutabilitasque mentis, quem non ipsa pravitate deterreat?"

V. 114—

Mercator hoc addebat...

et v. 115—

abreptam e Sunio.

Cic. Att. 7, 3, 10 confudit, sed pro „abreptam" scripsit „captam".

Vv. 252—253.

Citat hunc locum Cic. Lael. 25, 93:„Quid enim potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

Negat quis: nego; ait: aio; postremo imperavi ego-
Omnia adsentari, [met mihi

ut ait idem Terentius; sed ille sub Gnathonis persona: quod amici genus adhibere omnino levitatis est.*)

V. 257

Cic. de off. 1, 42, 150 in commodum suum afferens hunc Terentii locum „cuppedinarios" omisit, errore, ut videtur, memoriae:„Minimaeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum,

Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores,

ut ait Terentius."

V. 391 sq.

Citat et explicat hunc locum Cic. Lael. 26,98:„ Nec parasitorum in comoediis assentatio [nobis] faceta videretur, nisi essent milites gloriosi.

(*) Quanto magis mirum, ut ait *MAGNAEUS* (cf. Ter. com. ed. Hauniae 1788), hunc versum (Eun. 252) *GUYETO* (v. Fr. Guyeti in P. Terentii comoedias VI commentarios ed. Argentorati 1657, p. 66 s. f.) spurium videri.

Magnas vero agere gratias Thais mihi?
(Ingentis).

Satis erat respondere: magnas; ingentes, inquit. Semper auget assentator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum."

Vv. 440—445

Sex integros hosce versus laudat Cic. Fam. 1, 9, 19, ubi eos ad rem suam illustrandam accommodat:„ Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, quum illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunucho parasitus suaderet militi:

Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo; si quando illa dicet „Phaedriam
Intro mittamus comissatum", Pamphilam
Cantatum provocemus; si laudabit haec
Illius formam, tu huius contra. denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

Apud Cic. in v. 442 post „comissatum" legitur „tu".

V. 539—

Heri aliquod adulescentuli coiimus in Piraeo invenitur apud Cic. Att. 7, 3, 10 (cf. supra v. 114 sq.), sed legitur ibi „Piraeeum."

V. 732

Huc pertinet Cic. de n. d. 2, 23, 60:... „Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo illud Terentii,

Sine Cerere et Libero friget Venus.(*)"

(*) De hoc proverbio cf. *WYSS W.*, Die Sprüchwörter bei den Römischen Komikern (Zürich 1889) p. 8 sq. et *OTTO A.*, Die Sprichwör-

Ex HEAUTONTIMORUMENO.

V. 53—

Quamquam haec inter nos nuper notitia admodumst

Haec verba de homine „qui nec laetetur, nec angatur" Cic. allegat de fin. 2, 4, 14.

V. 69

Cic. iudicat de hoc loco de fin. 1, 1, 3: „Nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult,

Fodere aut arare aut aliquid ferre. denique (*) —non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret."

V. 75(sq.)

Cic. Att. 12, 6, 2 hunc locum imitatus per iocum videtur:

„Chremes, tantumne ab re tuast oti tibi— ut etiam Oratorem legas?"

V. 77—

Homo sum: humani nil a me alienum puto

Notissima post Terentium sententia (**), quam ab illo certe desumptam adhibuit Cic.; qui verum loci sensum docet de off. 1, 9, 30: „Est enim difficilis cura rerum alienarum. Quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat"... Idem de leg. 1, 12, 33: „Quod si, quo. modo est natura, sic iudicio homines humani (ut ait poëta) nihil a se alienum putarent, coleretur ius aeque ab omnibus." Cf. de fin. 3, 19, 63.

---

ter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer (Leipzig 1890) p. 366 s. v. Venus.

(*) Particula „denique" est Cic. l. c. transscripta quoque, ita tamen, ut claudat sententiam, non incipiat sequentem.

(**) *OTTO* l. c. p. 165 sq. s. v. homo 4.

V. 80

Versum hunc citat Cic. de fin. 5, 10, 29: „Sed alii dolore moventur, alii cupiditate; iracundia etiam multi efferuntur, et quum in mala scientes irruunt, tum se optime sibi consulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant,

Mihi sic est usus; tibi ut opus factost, face"...

Cic. legit „usus est" et „est facto".

V. 86

imitatur Cic. Fam. 7, 10, 4: „Quare omnibus de rebus fac ut quam primum sciam.

Aut consolando aut consilio aut re iuvero."

Cf. Att. 9, 6, 5:... „Obsecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem aut minue saltem aut consolatione aut consilio aut quacunque re potes."

V. 135 (sqq.)

Malo quidem me quovis dignum deputem.

Citat haec verba Cic. Tusc. 3, 27, 65. Ibidem allegat idem hos duos versus:

(147—148)

Decrevi tantisper me minus iniuriae,
Chremes, meo gnato facere, dum fiam miser.

Eadem verba in orationem obliquam convertit de fin. 5, 10, 28: „Neque enim. si nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos, aut alia exitia quaerant, aut, ut ille (i. e. Menedemus) apud Terentium, qui decrevit tantisper se minus iniuriae suo gnato facere, (ut ait) ipse dum fiat miser, inimicus ipse sibi putandus est."

V. 796—

Ius summum saepe summast malitia.

Aliter citat Cic.: pro „malitia" enim legitur „iniuria" de off. 1, 10, 33:., Summum ius summa iniuria, factum est iam tritum sermone proverbium."(*)

(*) Cf. *WYSS* l c. p. 65 et *OTTO* p. 179 s. v. ius 1.

Ex PHORMIONE.

V. 203—

Fortis fortuna adiuvat.

Huc pertinet Cic. Tusc. 2, 4, 11: „Fortes enim non modo Fortuna adiuvat, ut est in vetere proverbio, *) sed multo magis ratio, quae quibusdam quasi praeceptis confirmat vim fortitudinis.“ Cf. de fin. 3, 4, 16.

V. 232 sq.

His versibus pulchre usus est Cic. Att. 2, 19, 1 de Statio suo manumisso adhibitis: „Sed mihi nihil est molestius, quam Statium manumissum.

Nec meum imperium, ac mitto imperium, non simultatem meam

Revereri saltem!“

Vv. 241—246

Quam ob rem omnis, quom secundae res sunt maxume, tum maxume

Meditari secum oportet, quo pacto advorsam aerumnam ferant:

[Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet]

Aut fili peccatum aut uxoris mortem aut morbum filiae;

Communia esse haec, fieri posse, ut ne quid animo sit novom;

Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.

Integrum hunc locum citat Cic. Tusc. 3, 14, 30 sq., sed variante lectione in vv. 243 et 245: exilia non apparet apud Cic., apud eundem legitur semper „secum“ cogitet; non legitur fieri posse ut, sed „ne quid horum unquam accidat animo novom“.

(*) Vid. *WYSS* p. 9 et *OTTO* p. 144 s. v. fortuna 9.

V. 321—

Cedo senem: iam instructa sunt mi in corde consilia omnia.

Hunc versum disputationi suae intermistum allegat Cic. de n. d. 3, 29, 73.

Vv. 384 et 390

Apud Cic. or. 47, 157 legimus: „Quid? quod sic loqui nosse, iudicasse, vetant: novisse, iubent et iudicavisse? quasi vero nesciamus, in hoc genere et plenum verbum recte dici, et imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius

(384)

Eho tu, sobrinum tuom non noras?

Post idem

(390)

Stil*p*onem inquam noveras.

Quem Terentianum locum Cic. memoria falsus attulisse videtur, exhibens „cognatum“ pro „sobrinum“.

Ex ADELPHIS.

Vv. 60—64

Quinque hosce versus, in quibus narrationis multa inest festivitas, laudat Cic. de inv. 1, 19, 27: „Illa autem narratio, quae versatur in personis, eiusmodi est, ut in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones et animi perspici possint, hoc modo:

Venit ad me saepe clamans „quid agis, Micio?
Quor perdis adulescentem nobis? quor amat?
Quor potat? quor tu his rebus sumptum suggeris,
Vestitu nimio indulges? nimium ineptus es“.
Nimium ipse est durus praeter aequomque et bonum“.

Pro „clamans" Cic. habet „clamitans" et in v. 64 legit „durus est".

V. 120 sq.

Hunc locum Cic. citat Cael. 16, 38: „Leni vero et clementi patri, cuiusmodi ille (i. e. Demea) est:

Fores ecfregit: restituentur; discidit
Vestem: resarcietur(*)

filii causa est expeditissima".

V. 804—

Communia esse amicorum inter se omnia.

Quae Pythagorica sententia (**) legitur quoque apud Cic. de off. 1, 16, 51; sed ille ordinem verborum mutavit et inter se omisit. Cf. quoque de leg. 1, 12, 34.

Nunc, postquam Ciceronis locos, in quibus versus Terentiani citantur, exscripsi, dicendum esse puto, ex quibus potissimum fabulis Cicero hos versus hauserit, quibus libris suis illos intermiscuerit, quomodo citaverit et quae maxime in his versibus citatis Ciceronem delectaverint.

Multo plures versus laudati sunt ex Eunucho, quam ex ceteris fabulis. Itaque ex Eunucho fere viginti versus habemus; ex Andria fere duodecim, ex Phormione fere undecim; ex Heautontimorumeno fere decem, ex Adelphis fere octo citantur; ex Hecyra autem nullus laudatur versus. Saepius vero citata sunt initia fabularum, v. c. ex primo actu Andriae undecim versus laudantur. (***)

(*) Vid. *KREBS I.*, Antibarbarus der lateinischen Sprache (Basel 1886–88) s. v. resarcire.

(**) Inter Pythagoreos ortum dicitur (κοινὰ τὰ τῶν φίλων). Cf. not. *DONATI* ad h. l., *WYSS* p. 57 sq., *OTTO* p. 20 s. v. amicus 1 et *NENCINI F.*, De Terentio eiusque fontibus (Liburni 1891) p. 141.

(***) Cf. not. *BARTELSI E.*, De Terentii memoria apud Nonium servata (Argentorati 1884) p. 6: „Cum a ceteris grammaticis latinis, tum a Nonio saepius citata sunt fabularum initia, quam ceterae partes."

Saepius allegantur versus Terentiani in operibus Cic. philosophicis (fere triginta vv.) et in prioribus libris, velut in illo libro, qui „de inventione" inscribitur (*), fere decem versus leguntur; in epp. ad Atticum et ad familiares fere quatuordecim vv. inveniuntur; in libris, qui inscribuntur „de oratore" et „orator", fere octo versus laudantur; in orationibus autem et in libro, quem Cic. de legibus scripsit, singuli Terentii versus citantur.

Non raro eodem fere loco cumulantur apud Cic. aliquot versus ex Terentio hausti, e. c. de or. 2, 80, 327 sq., de fin. 5, 10, 28 sq., de n. d. 3, 29, 72 sq., Lael.24, 89; 25, 93; 26, 98; de off. 1, 9, 30 et 1, 10, 33. (**)

Quod autem ad rationem citandi attinet, notatu dignum est, Ciceronem vera plerumque lectione servata integros Terentii versus allegare; aliquando tamen mutare (cf. A.(***) 189, E. 115, 539; Ht. 796, Ph. 243, 245, 384; Ad. 60) aut omittere singula verba et locutiones poëtae (Ht. 796, Ad. 804, cf. contra E. 442), bis reddere orationem obliquam, pendentem (Ht. 77, 147 sq.), nonnullis locis varie interpungere (v. c. Ph. 232 sq.) et aliter verba ordinare (A. 112, Ht. 80, 796; Ad. 64, 804).

Apparet Ciceronem sibi has, quas demonstravimus, licentias permisisse, quippe qui multum in Terentii comoediis legendis versatus memoriter ex illo versus citare posset.(****)

Ex Terentii versibus, qui apud Ciceronem allegan-

(*) Omnino notandum est, non parvum numerum proprietatum in libris „de inventione" cerni posse, cf. *HELLMUTH* l. c. p. 105.

(**) Cf. Cael. 16, 37 sq.

(***) Nomina fabularum Terentianarum, quae saepius profero, ita notabam: A.=Andria, E.=Eunuchus, Ht.=Heautontimorumenos, Ph.=Phormio, H.=Hecyra, Ad.=Adelphoe.

(****) Cf. praefat. in ed. Umpfenbachiana p. XLVI sq. et *STEUBING A.*, Analecta critica quae ad testimonia veterum Terentiana spectant (Marburgi Cattorum 1872) p. 7 sqq.

tur, satis intelligi potest, quae Terentiana Ciceronem delectaverint. (*) Itaque Cic. primum Terentii perspicuam narrationem laudat a brevitate eius ac venustate (de inv. 1, 19, 27; ibid. 23, 33), item disputationis subtilitate delectatur (de n. d. 3, 29, 72), deinde notationem morum summis laudibus effert (Cael. 16, 38; Tusc. 3, 27, 65; 4, 35, 76; Lael. 25, 93; 26, 98; cf. Fam. 1, 9, 19 et de fin. 5, 10, 28 sq.), tum multis et praeclaris exemplis et proverbiis ex Terentio allatis, quorum nonnumquam fonte nominato (Tusc. 3, 14, 30 sq.; de leg. 1, 12, 34), sua verba confirmat (de or. 2, 40, 172; de leg. 1, 12, 33; Tusc. 2, 4, 11; de n. d. 2, 23, 60; de off. 1, 10, 33; ibid. 16, 51), denique nonnullis locis verum sensum Terentii docet (de leg. 1, 12, 33; de fin. 1, 1, 3; Lael. 26, 98; de off. 1, 9, 30) atque eximie „elegantiam sermonis" omnino aestimat (Or. 47, 157).

Iam venimus ad ea, quae ad Terentii lectionem in Ciceronis sermone conspicuam pertinent. Primum eos locos afferamus, in quibus Cicero de Terentio ipso eiusque fabulis et personis mentionem facit, versibus poëtae plerumque non citatis, deinde singulas locutiones ex Terentio haustas adducamus, denique proverbia quaedam et sententias aliaque, quae inde profecta videntur, enumeremus.

Solum nomen Terentii legitur in epp. ad Att. 7, 3, 10: „Secutus sum, non dico Caecilium..., sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi"... Sane hic Ciceronianus locus similis est ei, qui reperitur in prologo Ad. v. 15 sq.:

Nam quod isti dicunt malivoli, homines nobilis

(*) Vid. *SCHOLLMEYER* l. c. p. 24 sq.

Hunc adiutare adsidueque una scribere. Porro Terentii mentio fit de opt. g. or. 1, 3; 6, 18. Nomina fabularum Terentii invenimus his locis.(*)

ANDRIA.

De opt. g. or. 6, 18: „Iidem Andriam et Synephebos, nec minus Terentium et Caecilium, quam Menandrum legunt.“ De fin. 1, 2, 4: „Synephebos ego, inquit, potius Caecilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?“

HEAUTONTIMORUMENOS.

„Heautontimorumenon“ explicat Cic. Tusc. 3, 27, 65: „Quid ille (i. e. Menedemus) Terentianus ipse se poeniens, id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος? (**)

ADELPHOE.

Ambos in Adelphis diversis moribus esse fratres (Demeam durum, comem contra Micionem) demonstrat Cic. Cat. 18, 65: „Quae tamen omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus: idque tum in vita tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero duritas (cf. Ad. 64), in altero comitas!“

De nominibus omnium Terentii personarum omnino animadvertendum est, alia ante alia post ipsum poëtam innotuisse. (***)

Itaque nonnullarum Terentii personarum maximeque parasitorum his Ciceronianis locis mentio fit.

(*) Neque in hoc quoque casu Cic. Hecyram memorat.

(**) Cf. Hor. sat. 1, 2, 20 sqq.

(***) E. c. nomen Sannionis (E. 780, Ad. 276) obvenit in libro, qui inscribitur „ad Herennium“ 4, 50, 63; cf. de or. 2, 61, 251. Vid. *KOENIG E.*, De nominibus propriis, quae sunt apud Plautum et Terentium (Patschkau 1876) p. 19. Porro nomen Phaniae (Ht. 169) inditur apud Cic. in epp. ad Fam. 2, 13, 2; 3, 1, 1; 3, 6, 1 sq. liberto App. Pulchri; Chaerea legitur R. Com. 1, 1 sqq., Menedemus—Att. 15, 2, 2; 15, 4, 4.

Caec. 10, 27—comparatur cum Terentiano Phormione Sex. Clodius his verbis: „Cui (i. e. Sex. Clodio) nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio"... Sine dubio orator hunc locum respexit

Ph. 122 sq.:

. . . . .Est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum di omnes perduint! (*)

Memorat quoque Cic. parasitorum nomina Phormionis atque Gnathonis Phil. 2, 6, 15, ubi Manutius adnotat: „Parasitorum nomina apud Terentium: quorum simillimis hominibus natalicia dabat Antonius". Verba Cic. haec sunt: „Putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni. O foeditatem hominis flagitiosam! o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam!"

Cic. Lael. 26, 98 scribens: „Nec parasitorum in comoediis assentatio [nobis] faceta videretur, nisi essent milites gloriosi" (cf. p. 7 sq.) tangere videtur E. 30 sq.:

Colax Menandrist: in east parasitus colax
Et miles gloriosus.

Huius quoque Terentiani militis Cic. de off. 1, 38, 137 memor fuisse videtur: „Deforme etiam est de se ipsum praedicare, falsa praesertim, et cum irrisione audientium imitari Militem gloriosum"; cf. E. 397 sqq.(**)

In Menedemum fortasse cadit, quod Cic. Cat. 15, 54 refert de Laërte:... „Homerus.... Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum

(*) Cf. *KOENIG* l. c. p. 20 not. 11.

(**) Cum verbis A. 551:

Neque postulem abs te, ni ipsa res moneat...

conferenda esse puto Cic. Lael. 10, 35: „Magna etiam dissidia et plerumque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur"....

stercorantem facit"; cf. Ht. 136 sqq. Item Cael. 16, 37:... „Sed dubito, quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne aliquem, vehementem atque durum?" Cf. Ht. 439 sq.

Me. Non possum: satis iam, satis pater durus fui. Ch. Ah,
Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis(*)....

Nunc venimus ad singulas locutiones, quae ex Terentio haustae videntur.(**) Locutiones affero, temporis librr. Cic. ordine servato.

Fortasse Cicero vel potius incertus scriptor Rhetoricorum ad Herenn. dicens 4, 10, 14:„ Ubi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine famae detrimento facere posset?" respexit ad H. 233 sq....

---

*) Neque sine ratione *PERLETUS* in animadversionibus suis (cf. Ter. com. ed. Lipsiae 1827) ad Ht. 969 dicit: „Caelium patrem Chremeti Terentiano, ut videtur, similem Cic. inducit Cael. 16 discrimine eo, ut ille immerito, hic merito invehi in iuvenem putetur. Praeterea Chremes pater exheredare filium perditum dissolutumque minime vetabatur"...

Ad Ad. 390 sq.:

Sy. Inepta lenitas
Patris et facilitas prava

idem vir doctus ibidem notat: „Syrus inepta dicit. Tamen Cic. Att. 10, 4, 5 sq. patris lenitas probari videtur, prae nimia quidem severitate". Ciceronis verba sunt: „Alter (i. e. puerorum)... indulgentia videlicet nostra depravatus, eo progressus est, quo non audeo dicere... Patris autem lenitas amanda potius ab illo quam tam crudeliter negligenda."

Ad Claudiam his verbis Cael. 16, 38 descriptam: „..Si vidua libere proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret"... multum fortasse iuverunt, quae Cic. apud Ter. Ht. 446 sqq. invenire potuit.

(**) In exemplis colligendis mihi maximo fuerunt adiumento notae in variis editionibus Terentii passim dispersae, nec non meae ipsius observationes.

Nam de te quidem satis scio peccando detrimenti nil fieri potest.

Quinct. 25, 79 Intelligo: verum et sero, et nequidquam pudet—cf. Ht. 344 Verum age modo: hodie sero ac nequiquam voles.(*) R. Am. 20, 56... [tamen] in eam partem potius peccant, quae est cautior—Cic. imitatus videtur Ad. 174 verum in istam partem potius peccato tamen. Caecil. 13, 41 toto corpore perhorresco—E. 83 sq. Totus, Parmeno, tremo horreoque. Caecil. 17, 57 Redit ad se atque ad mores suos—Ad. 71 rursum ad ingenium redit. Verr. 1, 44, 113.... si—vicem pro nostra iniuria doleremus [Cf. Att. 4, 6, 1; 6, 3, 4; 8, 2, 2; 8, 15, 3; Fam. 12, 23, 3] simile est Ht. 749 sq. Menedemi vicem miseret me... Verr. 3, 25, 62 tu, nisi malo coactus, recte facere nescis?(**) – Cic. ad Ter. locum respexit Ad. 69 Malo coactus qui suom officium facit. Verr. 5, 48, 127 Hoc iam ornatu ad vos confugiunt—comparandum est H. 9 (pr. II, 1) Orator ad vos venio ornatu prologi.

Att. 3, 15, 2 Nam ceteri dolores... quotidie augeri –Ht. 423 sq. Nam mihi quidem—cottidie augescit magis de filio aegritudo.... Att. 4, 16, 7 Cuperem vultum videre tuum(***).... cf. E. 597 Tum equidem istuc os tuom inpudens videre nimium vellem(****).... Att.

(*) Omisit hanc locutionem *LANDGRAF* l. c. p. 19 sq., sed notaverunt *THIELMANN* l. c. p. 45 et *WÖLFFLIN ED.*, Frustra, nequiquam und synonyma (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1885, II) p. 6.

(**) Quam phrasin (re vera Ciceronis) ex Terentio haustam esse a Symmacho non recte putavit *KROLL G.*, De Q. Aurelii Symmachi studiis graecis et latinis. Pars I (Vratislaviae 1891) p. 31.

(***) Per errorem citat *OTTO* p. 380 s. v. vultus 2: Att. 4, 17, 4—cuperem vultum viderem tuum....

(****) Compares praeterea, si placet Att. 9, 7, 5 De isto licet bene speres—cum Ht. 981 Modo liceat vivere, est spes.

10, 9, 5 Etiam atque etiam, Cicero, cogita. [Cf. ibid. 12, 7, 1; Fam. 8, 16, 5]—ita E. 56 etiam atque etiam cogita. Att. 11, 8, 2 Neque vero desistit, ubicunque est, omnia in me maledicta conferre—cf. Ad. 263 Maledicta—in se transtulit. Att. 12, 23, 1 iam pridem nos quidem—H. 219 Iam pridem equidem. Att. 12, 36, 1 Hae meae tibi ineptiae—fateor enim—ferendae sunt—Cic. imitatur E. 741 Usque adeo [ego] illius ferre possum ineptiam.... Att. 14, 1, 21 non dubito, quin me male oderit [Cf. Fam. 7, 2, 3 oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium]—itid. Ad. 523 male odi. Cf. Plaut. Men. 189.(*) Att. 14, 13, 5 A ducenda autem uxore sic abhorret, ut....—A. 828 sq. adulescentulo in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria. Cf. H. 714 Nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis. Att. 16, 6, 3 Illud velim in bonam partem accipias [Cf. Fam. 11, 2, 1]—E. 876 Equidem pol in eam partem accipioque et volo.

Clu. 6, 17 Facile intelligo, non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere—similiter H. 301 Nam matris ferre iniurias me, Parmeno, pietas iubet. Mur. 2, 4... est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verum etiam providere, quid futurum sit—cf. Ad. 386 sqq. Istuc est sapere, non quod ante pedes modost videre, sed etiam illa quae futura sunt prospicere. Mur. 27, 55... fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt [Cf. Rab. Post. 7, 17.... hanc vitam quietam atque otiosam secuti sumus]—ita Ad. 42 sq. Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium secutus sum... Sull. 11, 33 Itaque attende iam, Torquate, quam ego defugiam aucto-

(*) De hac gradatione cf. *WÖLFFLIN*, Zur lateinischen Gradation (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1884, I) p. 96.

ritatem consulatus mei—Cic. mente sibi tenuisse videtur E. 390 Numquam defugiam auctoritatem..., nisi forte Plaut. Poen. 147: si auctoritatem poste[r]a defugeris.(*) Sull. 27, 74 Adspicite ipsum: contuemini os—cf. E. 838 sq... quom aspicias, os inpudens videtur!

Fam. 1, 1, 2 Sed plane nec precibus nostris nec admonitionibus relinquit locum—ita A. 601 Nil est preci loci relictum... Fam. 4, 5, 4 Coepi egomet mecum sic cogitare: Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est... E. 636 sq. Occepi mecum cogitare „hem, biduom hic manendumst soli sine illa?..." Fam 4, 8, 2 Illud tamen vel tu me monuisse vel censuisse puta... consimile est Ht. 781 Vel me monere hoc vel percontari puta. Fam. 4, 13, 5 Accedit eodem vulgi voluntas vel potius consensus omnium—cf. Ph. 29 Voluntas vostra si ad poëtam accesserit.... Fam. 6, 7, 1 Filius, ut audio, pertimuit, neque iniuria—E. 433 Metuebant omnes iam me... non iniuria. Fam. 6, 12, 1 Gratulor tibi... nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim—in his Cic. verbis manifesta est imitatio Terentiana H. 841 sq. Vide, mi Parmeno, etiam sodes, ut mihi haec certa et clara attuleris, ne me in breve con*l*icias(**) tempus gaudio hoc falso frui. Fam. 8, 2, 1 (Caelius Ciceroni)... in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto ut suum gaudium gauderemus—cf. A. 964 Nam hunc scio mea solide so-

---

(*) Vid. not. *HUGENII* (cf. Ter. com. ed. Amstelaedami 1710) Hanc Terentii imitationem Plautinam neglexerunt *FISCHER L.*, De Terentio priorum comicorum latinorum inprimis Plauti sectatore quaestiones selectae (Halis Saxonum 1875) p. 43 sqq. et *CORTESE I.*, Opuscula varia ad litteras latinas pertinentia. Fasciculus prior (Savone 1886) p. 9 sqq.

(**) Quae lectio Palmerii melior mihi videtur, quam Bentlei coniectura „pellicias".

lum gavisurum gaudia. (*) Fam. 8, 6, 2 Unum illud monere te possum—H. 766 Verum hoc te moneo unum. Fam. 8, 11, 4 Denique malo in hanc partem errare, ut, quae non desideres, audias...—cf. A. 920 ea quae non volt audiet. Fam. 8, 15, 1 Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti [Cf. Att. 6, 1, 25], qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit?—ita E. 1009 Numquam pol hominem stultiorem vidi nec videbo... et Ht. 970 Disperii: scelestus quantas turbas concivi insciens! Fam. 10, 16, 1... nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi—A. 844 Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. Fam. 10, 33, 2 Verebar, ne... pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei—cf. Ad. 3 rapere in peiorem partem [Cf. E. 631 sq.]. Fam 10, 33, 3 tamquam nihil peius timerent—H. 337 Male metuo. Fam. 14, 1, 3 Quem ego diem si videro.... satis magnum mihi fructum videbor percepisse [cf. Fam. 4, 4, 3; 15, 12, 2] —Ad. 384 Videre videor(**) iam diem illum.... et H. 651. Fam. 16, 11, 1, Non ignoro, quantum ex desiderio labores.... [cf. Att. 11, 7, 3 et 22, 2] imitatur A. 268 Laborat e dolore. Fam. 16, 21, 6 Sed omnia postposui dummodo praeceptis patris parerem—H. 483 te postputasse omnis res prae parente intellego.

Qfr. 3, 3, 1 Sed me illa cura sollicitat angitque vehementer.... neque desino, ut fit in amore, ea, quae

---

(*) Vid. not. *GRONOVII* (cf. Notae in Terentium ed. C. H. Frotscher. Lipsiae 1833 p. 17, 31) ad h. v., nisi malis hanc figuram etymologicam ad exemplum Catull. 61, 117 sqq. referre. Cf. quoque not. *MEISSNERI* (Andriae ed. Bernburg 1876) et *CORTESE* l. c. p. 14.

(**) Elegans locutio „videre videor" Ciceroni quoque est familiaris, cf. Caecil. 14, 45; Att. 7, 1, 2; 12, 5, 2; Fam. 9, 15, 2; 14, 3, 5; 16, 21, 7; Catil 4, 6, 11; Phil. 6, 4, 9; de fin. 5, 2, 4; Tusc. 3, 32, 77 et alibi. Eadem formula dicendi legitur apud scriptt. sequioris latinitatis vid. *KOZIOL H.*, Der Stil des L. Apuleius (Wien 1872) p. 201.

minime volo, cogitare—refertur ad Ad. 35 sq. Ego quia non rediit filius quae cogito! Quibus nunc sollicitor rebus!....

Post red. in sen. 9, 24... qui me a morte ad vitam... ab exitio ad salutem revocavit—cf. H. 852... qui ab orco mortuom me reducem in lucem feceris.

Cael. 16, 37 sed dubito, quem patrem potissimum sumam(*)—eadem dicendi ratione Ph. 343 Ubi tu dubites quid sumas potissumum. Cael. 18, 43... quum adolescentiae cupiditates defervissent [cf. Fam. 9, 2, 4 et saepius(**)]—Ad. 152 Sperabam iam defervisse adulescentiam. Cael. 19, 44 amores.... nunquam hunc occupatum—tenuerunt—A. 829 In alio occupato amore. Cael. 19, 45 animus libidini deditus—H. 294.... habebam alibi animum amori deditum.

De or. 2, 14, 59... illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, quum haec nesciret, in dicendo posse tantum—eodem fere sensu dictum est ac Ht. 13 Si—tantum poterit a facundia...

Mil. 35, 95 Plebem et infimam multitudinem.... se fecisse commemorat—Cic. imitatur Ad. 898 Paulatim plebem primulum facio meam. E. 7 sq. Qui bene vortendo et easdem scribendo male ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas—apud Cic. fere eandem sententiam habemus. Ait enim de fin. 1, 3, 8 se non mirati quosdam abhorrere „a Latinis, quod inciderint in inculta quaedam et horrida, de male Graecis latine scripta deterius".

(*) Vid p. 18. Cf. quoque Cael. 16, 37 Si egebis, tibi dolebit: mihi sat est, qui aetatis quod reliquum est, oblectem meae—cum Ad. 881 id mea minume re fert, qui sum natu maxumus, et Cael. 17, 39 (disciplina) cum Ad. 767 (Exemplum disciplinae).

(**) Vid. not. in lex. *KLOTZII* (Braunschweig 1874) s. v. defervesco b.

Tusc. 2, 27, 65 Iidem (i. e. Graeci) morbos toleranter atque humane ferunt [cf. Att. 1, 2, 1; 4, 16, 9; Qfr. 2, 4, 1 et Phil. 11, 3, 7] simile est Ad. 145 humane patitur.

Phil. 2, 41, 105 scorta inter matresfamilias versabantur—cf. Ad. 747 Meretrix et mater familias una in domo? Phil. 3, 6, 15 Ignobilitatem—filio, cuius etiam natura pater, si vita suppeditasset... Ad. 126 Natura tu illi pater es, consiliis ego. Phil. 7, 8, 21 quo ore ille vos poterit - intueri?—cf. Ph. 917 quo redibo ore ad eam quam contempserim? [Cf. Ht. 700, Ph. 1042]. Phil. 12, 2, 7 redeamus in viam—A. 190 redeat iam in viam.

De n. d. 3, 29, 71 inita subductaque ratione [Cf. Fam. 1, 9, 10]—eadem locutione Ter. usus est Ad. 855. Cat. 14, 50 atque haec quidem studia doctrinae: quae quidem prudentibus et bene institutis pariter cum aetate crescunt—Cic. imitatur A. 539 cum aetate adcrevit simul. Cat. 20, 76 Omnino... studiorum omnium satietas vitae facit satietatem—H. 594 sq. Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias iam tenet studiorum istorum. De off. 1, 1, 1 [ad Marcum filium] (te).... abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae—conferre licet cum Ad. 412 praeceptorum plenust istorum ille. De off. 2, 15, 55 nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus [Cf. Fam. 6, 10, 3.... Sed magni mea interest...., ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano]—imitatus Cic. videtur A. 573 Nolo tibi ullum commodum in me claudier [Cf. E. 163 sq.]. De off. 2, 18, 64 Est enim non modo liberale paullum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum [Cf. R. Am. 27, 73; Fam. 11, 3, 3]—Cic. respexit ad Ad. 216 sqq. Hui, metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum.... De off. 2, 20, 70 Ne-

que vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat [Cf. Plin. ep. 1, 8, 15]—simile habemus E. 214 Munus nostrum ornato verbis, quod poteris... De off. 3, 4, 17.... appellamus honestum, quod colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt [Cf. Quinct. 11, 38]—itidem Ad. 503 sq.... vos aequo animo aequa noscere oportet, si vos voltis perhiberi probos.

Itaque multo plures ex Terentio haustae locutiones usurpantur a Cic. in epp. et in prioribus orationibus, multo minores adhibentur eaedem in rhetoricis et philosophicis qui dicuntur libris.

Iam supra(*) demonstravimus, quam sortem nonnulli Terentii versus proverbiales [A. 68, E. 732, Ht. 77, 86, 796; Ph. 203 et Ad. 804] habuissent, nunc afferre conemur proverbia, sententias et formulas proverbiales, quae et in Terentii fabulis et in Ciceronis leguntur libris.

PROVERBIA.

Caec. 29, 82 Quid ad haec dicimus? aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur, necesse est—idem vulgare proverbium habemus in Ad. 958 Suo sibi gladio hunc iugulo.(**)

Att. 1, 19, 8...ut crebro mihi... insusurret... cantilenam illam suam—cf. Ph. 495 Cantilenam eandem canis.(***) Att. 5, 15, 2 Admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis: ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit-itid. Ph. 780 vorsuram

---

(*) Vid. p. 15.

(**) *WÖLFFLIN*, Krieg und Frieden im Sprichworte der Römer (Sitzungsberichte der philosophisch—philologischen und hist. Cl. der K. B. Akad. der Wiss. zu München 1888, II) p. 207 et *OTTO* p. 153 sq. s. v. gladius 3.

(***) *OTTO* p. 73 s. v. cantilena.

solves.(*) Att. 6, 3, 7 soli.... sumus—cf. Ph. 633(**) Att. 8, 5, 1 Multa, inquam, mala eum dixisse; suo capiti, ut aiunt—tangit dictum, quod legitur in Ph. 491 Suo suat capiti(***) Att. 9, 18, 3 actum ne agas [Cf. Att. 9, 6, 6; Lael. 22, 85]—Ph. 419 actum, aiunt, ne agas.(****) Att. 13, 33, 4 lupus in fabula - cf. Ad. 537(*****)

Catil. 2, 1, 2 quam (urbem) ex suis faucibus ereptam esse luget [Cf. Catil. 3, 1, 1; dom. 52, 132; Arch. 9, 21]—Ht. 673 Crucior bolum mihi tantum ereptum... e faucibus.(******)

Fam. 5, 16, 5 Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit, id nos praecipere consilio prudentiaque debemus [Cf. Fam. 4, 5, 6; 7, 28, 3; Att. 3, 15, 2; 12, 10]—Ht. 421 sq. audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus. Fam. 16, 27, 2 Te, ut dixi, fero oculis [Cf. Phil. 6, 4, 11; Qfr. 3, 1, 3, 9; Att. 6, 2, 5]—E. 401 sq. Rex te ergo in oculis.... gestare.(*******)

Cael. 25, 61 hinc illae lacrimae—quae proverbialis dicti species invenitur apud Ter. A. 126(********) Dom.

(*) Ibid. p. 201 sq. s. v. lutum 3.

(**) Ibid. p. 328 s. v. solus 1. Cf. *MEYER* l. c. p. 53.

(***) Similia apud Plaut. inveniuntur, cf. *MEYER* p. 55 et *OTTO* p. 75 s. v. caput 4.

(****) Vid. *OTTO* p. 9 s. v. agere 2. Apud Plaut. legimus actam rem ago (Cist. 703, Ps. 261), cf. *MEYER* p. 52, ubi legendum est Att. IX, 6, 6 et Lael. 22, 85 pro Att. IX, 6, 7 et Lael. 82, 85.

(*****) Cf. *FISCHER* l. c. p. 44, *WORTMANN E.*, De comparationibus Plautinis et Terentianis ad animalia spectantibus (Marburgi Cattorum 1883) p. 23, *GERDES CHR.*, De translationibus quae dicuntur Terentianis (Leer 1884) p. 15, *WYSS* p. 83 et *OTTO* p. 199 sq. s. v. lupus 10.

(******) *OTTO* p. 133 s. v. fauces 2. De loco Terentiano cf. *SCHEBOR I.*, Critica (Diurn. Inst. public. Petropoli 1891, pars CCLXXVII) p. 79 sqq.

(*******) Cf. *WYSS* p. 67 sq. et *OTTO* p. 249 sq. s. v. oculus 2.

********) Cf. Hor. ep. 1, 19, 41 [Iuv. 1, 168]. Vid. Satiren und

5, 12 Quid, si... fuit, ut—tu in hoc ulcere tamquam unguis exsisteres?(*) [Cf. de n. d. 1, 37, 104]—similiter Ph. 690 hoc ulcus tangere.

De fin. 1, 5, 15 Quot homines, tot sententiae—Ph. 454.(**) De fin. 3, 22, 74 aliud ex alio nectitur [Cf. Att. 16, 14, 3; de leg. 1, 4, 14]—consimile est Ht. 598 aliud ex alio incidit. [Cf. E. 987].

SENTENTIAE.

Ep. ad Brut. 1, 13 (Brutus Ciceroni) Aliter alii cum suis vivunt—eadem sententia est H. 270 Aliud fortasse aliis viti est.

Tusc. 3, 30, 73 Est enim proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum [Cf. de off. 1, 41, 146] - Ht. 503 sqq. Ita conparatam esse hominum naturam omnium, aliena ut melius videant et diiudicent quam sua!(***) Tusc. 5, 24, 69... quae vita, qui interitus, quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio - cf. E. 276 omnium rerum, heus, vicissitudost(****) De off. 3, 5, 22... sibi ut quisque malit... quam alteri acquirere...—hunc locum Cic. respexit A. 427 Omnis sibi malle melius esse quam alteri.

Formulae, quae proverbiorum speciem habent atque in ore vulgi versantur.

Verr. 2, 13, 33... quem commodum erat [Cf. ibid. 16, 39]—Ad. 118 dum erit commodum.

Att. 2, 20, 5 Haec. quo sint eruptura, timeo [Cf.

Episteln des Horaz mit anmerkungen von Lucian Mueller. II Theil, Episteln (Wien 1893) et *OTTO* p. 184 s. v. lacrima 2.

(*) Hoc exemplum Ciceronianum omisit *OTTO* p. 353 s. v. ulcus 1.

(**) Vid. *MEYER* p. 52 sq. et *OTTO* p. 166 s. v. homo 9.

(***) Cf. *OTTO* p. 13 sq. s. v. alienus 2.

(****) Exemplum Ciceronis omisit *OTTO* p. 254 s. v. omnis 5.

Att. 2, 21, 1... quorsus eruptura sit, horreamus]—A. 176 Verebar quorsum evaderet. Att. 3, 24, 1 verebar, quorsum id casurum esset [Cf. R. Com. 15, 43 quorsum recidat responsum tuum, non magno opere laboro]—A. 264 Misera timeo, „incertum*st*" hoc quorsum accidat. Att. 3, 20, 1 quam omnia essent ex sententia—Ph. 256 sed satin omnia ex sententia? Att. 4, 16, 10 dirumpuntur [Cf. Att. 7, 12, 3 dirumpor dolore(*)]—Ad. 369 Disrumpor! Att. 5, 1, 2 De Annio Saturnino curasti probe—quae ironica locutio usurpatur apud Ter. A. 847 Curasti probe.(**) Att. 5, 15, 1 feram, ut potero [Cf. Catil. 1, 7, 18]—A. 898 ut potero, feram. Att. 5, 15, 1 actum est(***) [Cf. Att. 9, 12, 4; Fam. 4, 5, 3; 9, 24, 4; 14, 3, 3]—E. 54, Ad. 210. Att. 6, 6, 2 placet hoc tibi?—E. 851 Satine id tibi placet? [Cf. Ad. 737]. Att. 7, 7, 4 aequi boni facit(****). [Cf. Liv. 34, 22 in fin.]—legitur in Ht. 788. Cf. Ph. 637 aequi bonique dixeris. Att. 9, 6, 7 vel mori satius fuisse [Cf. Att. 14, 22, 2]—E. 772 Mori me satiust. Att. 9, 18, 4 videamus, hoc quorsum evadat [Cf. Att. 16, 15, 4]—A. 127 Quam timeo, quorsum evadas! Att. 10, 8, 6 sex septem(*****) E. 332. Att. 10, 9, 5 sciens prudensque [Cf. Fam. 6, 6, 6; 8, 16, 5; Marcell. 5, 14]—E. 72 prudens sciens. Cf. Ht. 633.(******) Att. 10, 12, 1 Quidnam mihi futurum est? [Cf. Fam. 12, 22, 2]—simile Ht. 462 Quid te futurum censes?... Att. 13, 13, 1 Id hercle restabat —Ad. 190 Nam hercle etiam hoc restat. Att. 13, 34 Id populus curat scilicet! [Cf. Fam. 15, 17, 2; Qfr. 3, 9, 3]—Cic. imitatus videtur A. 185 Id populus curat

(*) Omisit hoc exemplum *OTTO* p. 303 s. v. rumpere.

(**) Cf. *THIELMANN* p. 77.

(***) *OTTO* s. v. agere 2, p. 9 not. 2.

(****) Omisit *OTTO* hanc formulam adverbialem.

(*****) Vid. *MEYER* p. 54.

(******) Vid, *OTTO* p. 312 s. v. scire 2.

scilicet. Att. 13, 49, 1 si quid opus esset—Ph. 440 Si quid opus fuerit. Att. 14, 1, 1 non posse istaec sic abire. [Cf. de fin. 5, 3, 7; Catull. 14, 16]—A. 175 Mirabar, hoc si sic abiret...(*) Att. 16, 15, 1 Nihil enim habeo aliud, quod dicam—A. 746 quid dicam aliud, nescio.

Clu. 21, 57 iniquissime comparatum est [Cf. R. Am. 36, 102=53, 153] Ph. 41 inique comparatumst. Catil. 3, 6, 15 illud... factum atque transactum est—A. 248 facta, transacta omnia.(**)

Fam. 7, 4.... me hoc biduo aut triduo exspecta. [Cf. Att. 13, 14, 1]—A. 440 sq. biduist aut tridui haec sollicitudo. Fam. 8, 14, 1 Nunquam tibi oculi doluissent, si... vidisses—Ph. 1053.... tuo viro oculi doleant? Fam. 14, 1, 4 amor... tantus est, ut nihil supra possit—A. 120... ut nil supra. Fam. 14, 4, 3 Iste vero sit in sinu semper et complexu meo—Ad. 709 Hic non amandus? hicine non gestandus in sinust?(***) Fam. 16, 5, 2 Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo [Cf. Fam. 7, 2, 1; Att. 1, 3, 2; 1, 9, 2 et alibi]—quae locutio legitur quoque in H. 257 Si metuis satis ut meae domi curetur diligenter.

Qfr. 1, 1, 5, 16 hominum perpaucorum(****) E. 408 sq. Immo sic homost: perpaucorum hominum. [Cf. Hor. sat. 1, 9, 44].

Sext. 27, 59 vivus (ut aiunt) est et videns [Cf. Quinct. 15, 50] ita E. 73 Vivos videnque pereo.(*****)

(*) Vid. *OTTO* p. 1 sq. s. v. abire et *MEYER* p. 56.

(**) Exemplum Ciceronianum omisit *OTTO* p. 129 sq. s. v. facere 4.

(***) *OTTO* p. 324 not. 1 ad v. sinus 1.

(****) Apud Ottonem p. 167 s. v. homo 10 hoc exemplum Ciceronianum abest.

(*****) Cf. *WYSS* p. 68, *WÖLFFLIN*, Ueber die allitterierenden Verbindungen der lateinischen Sprache (Sitzungsberichte der philo-

De or. 2, 72, 292 Mea autem ratio in dicendo haec esse solet, ut....—Ad. 68 Mea sic est ratio...

Lig. 1, 1 Itaque, quo me vertam, nescio [Cf. Att. 13, 13, 2]—Cic. imitatur Ht. 946 redigam, ut quo se vortat nesciat. Lig. 4, 11 prodigii simile est [Cf. Phil. 2, 27, 66]—E. 334 monstri similest. [Cf. Ph. 954].

Lael. 1, 2 qui (sermo) tum fere [omnibus] erat in ore [Cf. Verr. 1, 46, 121 in ore vulgi] similiter Ad. 93 in orest omni populo. Lael. 23, 86 [et apud scriptt. arg. lat.] uno ore(*)—A. 96, Ph. 625. Lael. 27, 103 una domus [erat], idem victus isque communis –simile Ad. 909 unam fac domum. De off. 1, 29, 103 ad ludum et iocum(**) [Cf. Verr. 1, 60, 155]—cf. E. 300. De off. 3, 16, 68 Quorsus haec?—A. 361 Quorsum nam istuc?

Huc quoque fortasse spectant variae formulae dicendi, v. c. R. Am. 36, 102 si diis—placet [Cf. Pis. 16, 38] —Ad. 476. Verr. 2, 6, 17 paratus ad praedam meditatusque venire cupiebat [Cf. Verr. 1, 40, 103]—A. 406 Venit meditatus. Verr. 4, 46, 104 ne multis morer [Cf. or. 48, 159]—A. 114 quid multis moror?

Att. 2, 18, 3 Displiceo mihi [Cf. Att. 2, 21, 3; Phil. 1, 5, 12]—Ht. 1043. Att. 4, 15, 2 si vis homo esse —Ad. 107 si esses homo; Ad. 934 Si tu sis homo. Att. 10, 12, 4 Scies, quidquid erit—A. 585 Scies.

Catil. 1, 11, 27 quid agis?—A. 134.

Fam. 2, 16, 3 nonne tibi affirmavi quidvis me potius perpessurum, quam.... A. 380 Quidvis patiar. Fam. 5, 11, 2 meis verbis [Cf. Fam. 15, 8; Att 16, 11, 8]—H. 720 verbis meis.

---

sophisch—philologischen und hist. Cl. der K. B. Akad. der Wiss. zu München 1881, II, 1) p. 29 et 92 et *OTTO* p. 377 s v. vivus 3.

(*) *OTTO* p. 259 s. v. os 4, ubi legendum est Phorm. 625, non Phorm. 624.

(**) Cf. Front. (ed. Naber, Lipsiae 1867) p. 224.

De or. 2, 87, 355 in animo -inscribere [Cf. Acad. pr. 2, 1, 2 in animo res insculptas habebat.... et n. d. 2, 4, 12]—A. 283 Scripta -in animo. De or. 3, 41, 165 precario, non vi.... -E. 319 vel vi—vel precario. Deiot. 3, 8 Per dextram te istam oro—A. 289 per ego te hanc *nunc* dextram oro. Phil. 2, 22, 54 uno verbo—A. 45. Phil. 7, 8, 22 Nam quid ego de universo populo Romano dicam?—A. 252 Nam quid ego dicam de patre?

Saepe accidit, ut apud Ciceronem nonnulla vocabula eadem iungantur ratione, ac apud Terentium, e. g. Att. 10, 4, 9 impendio.... magis—E. 587. Att. 13, 14, 1 poterunt vel biduum vel triduum—A. 440 sq. biduist aut tridui haec sollicitudo.

Pomp. 1, 1 ad agendum.... ad dicendum—A. 706 Ad agendum... ad narrandum. Clu. 19, 54 Neque id obscure ferebat -Ad. 328 Neque id occulte fert [Cf. Liv. 2, 54, 10].

Fam. 2, 7, 1 novi animum (tuum)—Ad. 223. Fam. 3, 9, 1 nos inter nos [Cf. Fam. 13, 76, 1]—Ad. 271. Fam. 3, 9, 2 unum alterumve [Cf. Att. 14, 18, 1]—A. 77 Unus et item alter. Fam. 4, 5, 4 Visne tu te—cohibere?... Ht. 919 Non tu te cohibes? Fam. 4, 13, 7 Sed haec tu melius—E. 453 hoc tute melius. Fam. 12, 16, 3... qui magis hoc... licuerit—Ad. 179 Qui tibi magis licet... Fam. 15, 21, 3 alii fortasse non item—E. 398 aliis non item.

Br. 12, 45 devinctis... cupiditas—Ht. 208 cupiditate devinxit. Br. 72, 253 cogitata... eloqui—Ph. 283 cogitata proloqui.

Acad. post. 1, 12, 44 non pertinacia, aut studio—H. 202 studium... pertinacia.

N. d. 1, 6, 14 ut adsint, cognoscant....—A. 24 adeste... cognoscite.

Cat. 5, 14 onera, paupertatem et senectutem—

Ph. 94 paupertas... onus. Lael. 17, 61 consiliorum.... communitas—A. 548 oro in commune ut consulas. De off. 1, 27, 93 sedatio perturbationum....—Ad. 773 sq. In ipsa turba... vix sedatum satis est.

Nunc ad ea, quae orationis ornamenta dicuntur, accedamus. Atque primum verba facienda erunt de tropis et figuris, tum de maledictis.

Eandem dicendi elegantiam iam adfuisse Terentio ac Ciceroni multis exemplis confirmatur. Initium capiamus a pleonasmis et epithetis enumerandis.

PLEONASMI.

Ht. 928 potius malo [Cf. Ad. 222, Plaut. St. 80]—Ciceroni frequentissima est locutio, e. g. Caecil. 6, 21; Lig. 2, 5 et alibi. Ht. 385 egomet nunc mecum in animo.... considero(*)—cf. Verr. 3, 12, 29 Considerate cum vestris animis vosmet ipsi. Ad. 30 in animo cogitat [Cf. Ad. 818 et Ad. 808 quaeso hoc facito tecum cogites] et Ad. 500 hoc tu facito cum animo cogites [Cf. Plaut. Most. 702 et Cic. R. Am. 24, 67 cogitationes—animi]—l. agr. 2, 24, 64 potestis cum animis vestris cogitare.(**)

Nonnunquam apud Terentium [E. 549, 1082, Ph. 591, H. 281, Ad. 259] pronomini nemo ad vim intendendam, ut ait Hellmuth, homo additur, qui usus apud Ciceronem frequentior est(***), e. c. Att. 4, 1, 5; Fam. 13, 24, 2;(****) 13, 55, 1.

(*) Cf. nott. *WAGNERI* (Heaut. ed. Berol. 1872) et *GRAY I. H.* (Heaut. ed. Cambridge 1895).

(**) Vid. *THIELMANN* p. 23.

(***) *HELLMUTH* p. 165. Cf. *WUESEKE G.*, De Plauti et Terentii usu adiectiva et participia substantive ponendi (Marburgi Cattorum 1884) p. 6 sq. not. 8.

(****) Hoc exemplum omisit *HELLMUTH* loco supra citato.

Vulgaris pleonasmus suus sibi legitur apud Terentium Ad. 958 Suo sibi gladio hunc iugulo—cf. Lael. 3, 11 factus est consul... iterum sibi suo tempore.(*)

His locis inveniuntur pronomina per pleonasmum posita: A. 797... sese inhoneste optavit parere hic ditias...—cf. eadem locutione dictum Catil. 1, 2, 4 cupio—me esse clementem.

Aliquando per pleonasmum iunguntur adverbia post deinde, cf. A. 483 (**) [E. 793 tum postea] et Att. 2, 23, 2; coniunctiones usque dum, cf. Ht. 136 et 138 [Ht. 833 dum—interea] et n. d. 2, 51, 129 aliaque(***). [A. 239, 840—cf. de inv. 2, 50, 152].

Terentio (potissimum in Hecyra) familiaris est periphrasis si(n) est ut: Ph. 270 Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit(****)... Ph. 925 sq... sin est ut velis manere illam apud te, dos hic maneat. H. 501 Si est ut velit redducere uxorem, licet... H. 558 sq. si est ut dicat velle se, redde; sin est autem ut nolit, recte ego consului meae. H. 637 sq... Sin est ut aliter tua *ista sit* sententia, accipias puerum. H. 724 Si ullo modo est ut possit... H. 796 Nam si est ut haec nunc Pamphilum vere ab se segregarit... Ad. 514 sq. Si est, *is* facturus ut sit officium suom, faciat.... Cicero quoque hac periphrasi usus est Cael. 6, 14; Mil. 13, 35; Div. 1, 56, 128.

His locis apud Ciceronem eadem ac apud Terentium synonyma coniuncta reperiuntur: Fam. 5, 5, 3 profundere ac perdere—Ad. 134; Fam. 13, 9, 3 memor et gra-

---

(*) Vid. *WÖLFFLIN,* Krieg und Frieden im Sprichworte der Römer p. 207 et *LANDGRAF* p. 34.

(**) *KEIL H.*, Grammatici Latini III p. 156, 1.

(***) Cf. *HELLMUTH* p. 167 et *LANDGRAF* p. 43.

(****) Cf. not. *DONATI* ad h. l. et nott. ad Ph. 925 *DZIATZKONIS* (Phormionis ed. II Lipsiae 1885) et *SLOMANI* (Phorminois ed. Oxford 1887).

tus—Ad. 251; Tusc. 3, 8, 18 frugi et temperans—Ht. 580; Deiot. 5, 15 inhumanus et ingratus—A. 278.

EPITHETA.

E. 226 sq. hoc nemo fuit minus ineptus(*)—Att. 6, 6, 4... incipe id cupere, quo nos minus inepti videamur. Ht. 213 Quam iniqui sunt patres in omnis adulescentis iudices!—Fam. 2, 1, 1 si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. Ad. 194 ego liberali illam adsero causa manu(**)—Flacc. 17, 40... quum in causa liberali eum, qui asserebatur, cognatum suum esse diceret... et Fam. 8, 9, 1 agit causas liberales. Cf. A. 122 sq. erat forma... liberali—Cael. 3, 6 forma... fuit liberalis. A. 913 meretricios amôres nuptiis conglutinas?—cf. Cael. 20, 48 si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet, est ille quidem valde severus. A. 141 honesta oratiost—haec Terentii verba Cic. in eandem fere sententiam adhibuit de off. 2, 20, 69; cf. Verr. 5, 2, 5 [Att. 10, 16, 5 sermone erat usus honorifico erga me].

Transeo ad tropos et figuras.

TROPI.

Haec *metaphorice* Ciceroni dicta cum translationibus Terentianis comparari possunt(***).

(*) Vid. *KEIL*, Grammatici Latini II p. 93, 20 et III p. 339, 7.

(**) De hac elocutione (Plauto familiari) cf. *GRONOVII*, Lectiones Plautinae (Amstelaedami 1749) p. 88.

(***) Terentiani sermonis proprium est adhiberi translationes, quae plerumque ex sermone urbano vel potius cotidiano haustae videntur, cf. *LANGEN* P., Die Metapher im lateinischen von Plautus bis Terentius (Neue Iahrb. f. class. Phil. u. Paed. 1882, 125) p. 673 et 779.

Catil. 2, 5, 10 fortunas suas abligurrierunt.... et Fam. 11, 21, 5 quum quidam... agrariam curationem ligurrirent... [Cf. Apul. mag. 59 s. f. ed. min. Hildebr.]—E. 235 patria qui abligurrierat bona(*). Caec. 7, 19 posteaquam videt, nihil se ab A. Caecina posse litium terrore abradere—imitatur Cic. Terentium Ph. 333 aliis aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest [Cf. Plin. paneg. 37, 2]. Tusc. 3, 31, 76 (ab Aeschylo translatum) [ad] gravescens volnus [Cf. Att. 10, 4, 2 Alter ardet furore... in dies ingravescit... Catil. 1, 13, 31 hic morbus... vehementius—ingravescet... Phil. 9, 1, 2 morbus ingravescens]—H. 337 metuo ne... morbus adgravescat. Clu. 1, 3 diligentia vestra nobis adiungenda est—cf. Ad. 72 et 925 sqq.(**) Flacc. 17, 41 metuit... ne L. Flaccus nunc se scelere alliget—E. 809 hic furti se adligat. Att. 14, 21, 3 Amariorem—me senectus facit. Stomachor omnia—H. 710 Amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.(***) Verr. 3, 83, 191 quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies [Cf. de fin. 2, 9, 28 et Fam. 4, 6, 2]—Ht. 792 sq. neque tu scilicet illuc confugies [Cf. H. 384](****) Att. 7, 8, 1 [=Lael. 9, 32] tu soles conglutinare amicitias [Cf. Fam. 11, 27, 2; de or. 1, 42, 188; Phil. 3, 11, 28; Cat. 20, 72 et saepius]—A. 913 Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?(*****) [Cf. Plaut. Bacch. 693].

Prooem. in Verr. 1, 12, 35 hoc me profiteor suscepisse... onus—dignum, in quo omnes nervos... conten-

---

(*) Vid. nott. ad h. v. in lexicis *KLOTZII* et *LEWIS* (Oxford 1889). Cf *PLOEN* (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1887, IV) p. 313 sq.

(**) Cf. *LANGEN* l. c. p. 678.

(***) Ibid. p. 682 sq.

(****) Ibid. p. 686.

(*****) Cf. p. 34.

derem [Cf. Verr. 3, 56, 130; Fam. 15, 14, 5]—E. 312 adeo digna res [est], ubi tu nervos intendas tuos. Cael. 18, 43... quum adolescentiae cupiditates defervissent—Ad. 152 Sperabam iam defervisse adulescentiam(*). Att. 9, 7, 3 Quum enim tot impendeant, cur non honestissimo (i. e. periculo) depecisci velim? [Cf. Virg. Aen. 5, 230; 12, 49]—Ph. 166 Iam depecisci morte cupio. Verr. 2, 20, 49 culpam... derivare [Cf. Verr. 1, 53, 139; Att. 4, 3, 2; Mil. 10, 29; Tusc. 5, 25, 72; Phil. 11, 9, 22] —Ph. 322 sq. Quid vis, nisi uti... in me omnem iram derivem senis? Fam. 13, 7, 5 homines—summo beneficio... devinxeris—Ht. 394 Hoc beneficio... devincimini. De off. 1, 30, 106 diffluere luxuria—Ht. 945 sq. luxuria et lascivia diffluit. Saepe invenitur apud Ciceronem verbum digrediendi translate usurpatum, c. c. Verr. 3, 69, 163—Ph. 720 sqq. Dicat... nos nostro officio non digressos esse [Cf. Ph. 1047 discedo]. Att. 6, 8, 5 (et saepius in epistolis dispicio) Nunc velim dispicias res Romanas—A. 622 iam aliquid dispiciam. Verr. 5, 70, 180... quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur [Cf. Fam. 8, 17, 2]—Ad. 693 credebas dormienti haec tibi confecturos deos? [Cf. Ph. 1007].(**)

Verr. 3, 69, 162... ego istum nolim ex paternis probris ac vitiis emergere [Cf. Verr. 1, 5, 12; Att. 5, 8, 1; 5, 10, 3; 6, 2, 4; 9, 10, 2; Clu. 65, 183 et saepius]—Ad. 302 sq.(***) Tot res repente circumvallant se, unde emergi non potest: vis egestas iniustitia solitudo infamia. Cic. Lael. 23, 87... pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis suae [Cf. Catil. 2, 1, 2; Phil. 5, 7, 20] dixit rusticitati serviens—cf. H. 515 in eam hoc omne quod mihi aegrest evomam [Cf. Ad.

(*) Cf. p. 23. Vid. not. *SPENGELII* (Adelph. ed. Berolini 1879).

(**) *OTTO* p. 121 s. v. dormire 2 et *LANGEN* p. 688 sq.

(***) Cf. nott. *SPENGELII* (Ad. ed. cit.), *PLESSIS* (Adelph. ed. Paris 1884) et *SLOMANI* (Adelph. ed. Oxford 1886).

312 et 510]. Cat. 23, 83... Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari [Cf. Quinct. 31, 99; Tusc. 1, 8, 15; Fam. 6, 4, 4 Adiuvat... acta iam vita quae quum cursu suo bene confecto delectatur]—cf. Ad. 859 sq... nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc, prope iam excurso spatio omitto.(*) Fam. 9, 19, 1 Nescis me ab illo omnia expiscatum [Cf. Att. 2, 17, 3; Pis. 28, 69(**)]—Ph. 382 Proinde expiscare quasi non nosses. Qfr. 3, 8, 3 sq. hic quidem friget [Cf. Phil. 6, 5, 14; Fam. 11, 14, 1 et saepius in epp.] Cic. haec spectat verba —E. 268 ni mirum homines frigent [Cf. Ph. 994].(***) Att. 1, 1, 2... quum... forum refrixerit [Cf. Fam. 9, 10, 3; 15, 17, 2; Planc. 23, 55]—Ad. 233 refrixerit res. Fam. 12, 16, 2 Qui quum mihi in sermone iniecisset... [Cf. Quinct. 21, 68; Att. 16, 5, 3]—plenius Ht. 892 Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet. Verr. 2, 26, 64... posteaquam tam multis eum factis decretisque iugulasset [Cf. Verr. 5, 64, 166; Att. 1, 16, 2; Clu. 25, 68]—E. 417 Iugularas hominem. Fam. 16, 5, 1... quum meliusculе tibi esset...—H. 353 sq. So... salvan Philumenast? Pam. Meliusculast. L. agr. 1, 4, 11 Numquisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? [Cf. Att. 4, 14, 12.. soles enim tu haec festive odorari]—Ad. 397 Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet. Verr. 5, 26, 65 pascere oculos [Cf. Phil. 11, 3, 8]—Ph. 85 oculos pascere. Fam. 9, 6, 4... his tempestatibus es prope solus in portu [Cf. Att. 4, 6, 2; Sext. 46, 99]—A. 480 ego in portu navigo.[****]

(*) Cf. *KEIL*, Grammatici Latini II p. 375, 22 et 378, 8 et not. *GRONOVII* ad loc. Ter.

(**) Vid. *KREBS* s. v. et *MEYER* p. 37, ubi corrigendus est numerus capitis: pro Pis. *20*, 69 legendum est Pis. 28, 69.

(***) Cf. *GERDES* l. c. p. 17 et *ERNESTI*, Clavis Ciceroniana s. v. frigeo.

(****) Vid. *OTTO* p. 285 s v. portus 2.

Verr. 5, 30, 78... loquerentur, suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles [Cf. Lig. 1, 3 et de fin. 2, 25, 80]—E. 375... facile ut pro eunucho probes.(*) Quinct. 8, 30 conditionibus hunc, quoad potest, producit [Cf. Apul. Met. 7, 3]—A. 648... falsa spe produceres. Ht. 1056 Ad me recipio—hoc dicendi genere saepius Cic. utitur in suis epistolis et praecipue in commendatitiis, e. g. Fam. 13, 10, 3; 13, 17, 3. Fam. 1, 9, 9 in memoriam redegit [Cf. Quinct. 18, 57 in memoriam rediit. Verr. 1, 46, 120 et Cat. 7, 21]—Ph. 383 redige in memoriam [Cf. Ph. 802 redii mecum in memoriam]. Caecil. 11, 36 Intelligo, quam scopuloso difficilique in loco verser—ita Ph. 689 Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo auferat. Att. 1, 18, 2 Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo [Cf. Clu. 28, 76 Hic tum iniectus est hominibus scrupulus... et alibi]—A. 940 At scrupulus mi etiam unus restat. De or. 2, 71, 289 vultus... quo severior est et tristior [Cf. Br. 25, 97 ipsa tristitia et severitate popularis]--conferre licet cum A. 857 Tristis severitas(**) inest in voltu... Stomachor saepe invenitur apud Ciceronem,(***) e. g. Att. 14, 21, 3; 16, 16 F., 17; Fam. 10, 26, 1; 15, 16, 3—cf. E. 323 Id equidem adveniens mecum stomachabar modo. L. agr. 3, 2, 6 Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putavit... [Cf. de or. 1, 28, 127;

(*) Non recte hanc elocutionem ad Terentiana refert *SCHLUETER C.*, De Accusativi et Dativi usu Terentiano (Monasterii 1874) p. 40.

(**) Donatus et Nonius legunt veritas, at Servius (in Aen. 10, 612 et Georg. 3, 37) severitas, cf. *FLECKEISEN* A., Zu Terentius (Neue Iahrb. f. class. Phil. u. Paed. 1890, 141—142) p. 294 sq.

(***) Cf. *HAULER E.*, Terentiana. Quaestiones cum specimine lexici (Vindobonae 1882) p. 19 et *SAALFELD*, Tensaurus italograecus (Vien 1884) s. v. stomachus.

Tusc. 5, 24, 68; n. d. 1, 5, 12]—Ht. 776 Vah, tardus es [Cf. Ht. 515 servos tardiusculust].

SUPERLATIO.

Usus *superlationum* quarundarum apud Ciceronem cum Terentio similis est.

De or. 2, 42, 179... in qua (dispositione argumentorum) tu mihi semper deus videri soles [Cf. ibid. 1, 23, 106; 3, 14, 53]—Ad. 535 facio te apud illum deum [Cf. H. 843 et Plaut. Curc. 167].(*) De fin. 4, 25, 70 Quid Zeno? Portenta haec esse dicit... sed differe inter honestum et turpe, nimium quantum, nescio quid immensum—utrumque iunctum legitur in Ph. 643 Quid? nimium quantum.(**)

IRONIA.

Terentianam formulam amplificandi Ph. 367 At quem virum!—imitatus est Cic. hac *ironia* adhibita Fam. 9, 20, 1... habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum! [Cf. E. 590 At quem deum!(***)] Balb. 8, 20 O praeclarum interpretem iuris! auctorem antiquitatis! correctorem atque emendatorem nostrae civitatis...—idem sarcasmus acerbus legitur in Ad. 741 sq.

(*) Vid. *WYSS* p. 6, *OTTO*, Die Götter und Halbgötter im Sprichworte (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1886, III) p. 208 et eiusdem „Die Sprichwörter" p. 109 s. v. deus 5.

(**) Cf. *KEIL*, Grammatici Latini I p. 207, 13.

(***) Cf. ironice dicta. Verr. 5, 6, 12 Quid ais, bone custos defensorque provinciae?—Ph. 286 sq. Oh, bone custos, salve, columen vero familiae... A. 616 Eho dum, bone vir, quid ais? Cf. E. 918.

Mi... Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. De. Corrector! Phil. 2, 5, 11 Haec tu homo sapiens... ausus es vituperare?—quem quoque sarcasmum usurpavit Ter. Ph. 403 At tu qui sapiens es magistratus adi...

ELLIPSIS.

Similibus ac Terentius *ellipsibus* Cicero quoque utitur.

Att. 15, 11, 1 Egone (sc. videar) ut beneficium accepissem contumeliam?—cf. Ph. 304 Egon illam cum illo ut patiar nuptam unum diem? Catil. 1, 9, 22 Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut ullum exsilium cogites?—Ph. 992 Hicine ut tibi respondeat (sc. an fieri possit)...

INTERROGATIO.

Prooem. in Verr. 1, 10, 28 Quid est, quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est?—cf. A. 237 quid est, si haec non contumeliast? Cat. 1, 4, 9 in qua urbe vivimus?—Ad. 635 In qua civitate tandem te arbitrare vivere?

ANTITHESIS.

Att. 5, 20, 9 Tuas... exspecto litteras, ut habeam rationem non modo negotii, verum etiam otii tui [Cf. de off. 3, 14, 58 otiandi—non negotiandi]—H. 25 sq. Et in deterrendo voluissem operam sumere, ut in otio esset potius quam in negotio [Cf. Ad. 20 sq.]. Att. 8, 11, 6 Epistolarum... quas ad me misit, negligentiam meamque in rescribendo diligentiam volui tibi notam

esse [Cf. ibid. 1, 5, 5]—conferendum est cum A. 20 sq. Quorum aemulari exoptat neclegentiam potius quam istorum obscuram diligentiam.(*) Att. 8, 16, 2 Hunc propitium sperant; illum iratum putant—idem opponitur in Ad. 31 Irata... propitii. De off. 3, 5, 21... hominem hominis incommodo suum commodum(**) augere magis est contra naturam, quam... —A. 627 sq... ex incommodis alterius sua ut comparent commoda.

OXYMORON.

Ad oxymora referuntur Catil. 1, 8, 21 quum tacent, clamant(***)—E. 476 Tacent: satis laudant. Fam. 4, 5, 3 Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, ademptum sit? - simile est E. 751... cave, ne prius quam hanc a me accipias amittas. De fin. 2, 20, 65 sua voluntate, nulla vi coactus(****)—cf. A. 658 tu coactus tua voluntate es.

GRADATIO.

Ad locum Cic. Cat. 10, 32 non curia vires meas desiderat, non Rostra, non amici, non clientes, non hospites [Cf. Att. 1, 20, 7] —comparetur gradatio Teren-

---

(*) *DINGELDEIN O.*, Der Reim bei den Griechen und Römern. Ein Beitrag zur Geschichte des Reims (Leipzig 1892) p. 89.

(**) Voces Terentianae commodum—commodare, cf. e. g. E. 343, Ph. 614, H. 760 multum Ciceroni amatae, e. g. Fam. 13, 35, 2; 13, 41, 1. Vid. *WÖLFFLIN*, Bemerkungen über das Vulgärlatein (Philologus 1876, 34) p. 139 sq et *LANDGRAF* p. 32.

(***) *STRAUB J.*, De tropis et figuris, quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis (Wirceburgi 1883) p. 145, ubi legendum est Cat. 1, 8, 21 pro Cat. 1, 18; 21.

(****) Hoc exemplum Ciceronianum omisit *LANDGRAF* p. 19.

tiana Ad. 529 Cliens amicus hospes nemost vobis?

ALLITERATIO.

Alliterationis nonnulla exempla invenimus apud Ciceronem, quae eadem exstant apud Terentium.

Verr. 2, 6, 18 quum... fugam et furtum recognosceret [Cf. Att. 7, 2, 8]—Ph. 191 fugam aut furtum parat. Fam. 2, 16, 5 liberalitate... liberum—Ad. 57 liberalitate liberos.(*) Fam. 3, 10, 9 delectatio vitae atque victus [Cf. ibid. 7, 23, 4; 9, 24, 3; Att. 12, 28, 2] —A. 74 sq. Fam. 9, 16, 10 Salis enim satis est, sannionum parum—E. 780 solus Sannio servat. De or. 2, 19, 77 facile omnes perpetior et perfero—simile A. 62 facile omnis perferre ac pati.(**) Rab. Post. 3, 5 Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius—cf. Ad. 878 Blande dicere aut benigne facere. Tusc. 3, 27, 64 Pueros vero matres et magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus —Ht 356 Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Eadem alliteratio invenitur apud Varr. r.r. 1, 17, 5. Div. 2, 6, 15 Quid est enim aliud fors, quid fortuna? [Cf. de off. 1, 12, 38]—Ph. 841 O Fortuna, o Fors Fortuna [Cf. H. 386, Ph. 138].(***) Phil. 2, 15, 38 An ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut sermones, aut consilia contulit

---

(*) Cf. nott. *DZIATZKONIS* (Ad. ed. Lipsiae 1881), *PLESSIS* (Ad. ed.) et *FABIA PH.* (Ad. ed. Paris 1890).

(**) Verbum simplex pati loco Terentiano pro composito perpeti positum esse affirmat *IORDAN H.*, Kritische Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sprache (Berlin 1879) p. 270.

(***) *BUCHHOLD L.*, De paromoeoseos (adlitterationis) apud veteres Romanorum poëtas usu (Lipsiae 1883) p. 87. Hic v. d. queritur (p. 35 not. 2), quod nonnulla opera, e. c. libellum *THEOBALDI*, infra mihi nominatum (p. 43 not. 4), videre sibi non licuit.

saepius?—Ht. 473 sq. Syrus cum illo vostro consusurrant, conferunt consilia ad adulescentis.(*) [Cf. Ht. 209].

Nonnullis locis alliteratio fit paribus compositis, ut Phil. 11, 9, 21 committere... commendare [Cf. Dom. 56, 142; Att. 3, 20, 2]—E. 886 commendo et committo.(**)

PARONOMASIA.

His locis utitur Cicero paronomasia.

R. Am. 1, 3... non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo iam de civitate sublata est [Cf. de inv. 2, 34, 105]—Ht. 218 Nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus [Cf. E. 42].(***) Att. 1, 13, 2 Consul autem ipse parvo animo et pravo —E. 575 Num parva causa aut prava ratiost?(****) De

---

(*) Saepe apud Cic. coniuncta inveniuntur falsum.. fictum, e. g. Mil. 25, 67—cf. E. 104; pernicies... pestis, e. g. Fam. 4, 3, 1—cf. Ad. 188 sq.; certus... clarus, e g. R. Com. 12, 37; Verr. 1, 24, 62 (cf. *STRAUB* l. c. p. 132 sq.) —cf. H. 841. Vid. *WÖLFFLIN,* Ueber die allitter. Verbindungen... p. 54, 19, 75 et 51; cf. *OTTO* p. 277 s. v. pestis.

(**) Cf. *LANDGRAF* p. 11 et *WÖLFFLIN* l. nuper nom. p. 6 et 51.

(***) Vid. *WÖLFFLIN,* Der Reim im Lateinischen (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1884, I) p. 384. Cf. *KOZIOL* l. c. p. 202 et *LANDGRAF* p. 21 sq.

(****) Cf. *THEOBALD I.,* De annominationis et alliterationis apud Ciceronem usu (Bonnae 1852) p. 5, ubi numerus (epistolae?) est corrigendus (pro ad Att. 10 legendum est Att. 1, 13, 2) et *WÖLFFLIN,* Zur Allitteration und zum Reime (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1886, III) p. 450.

off. 2, 5, 17 Quum... nihil habeat dubitationis, quin... et prosint et obsint [Cf. Clu. 29, 80; Mil. 13, 34](*) — Ht. 643 Melius peius, prosit obsit... [Cf. H. 463].(**)

MALE DICTA.

Nunc de maledictis(***) formulisque minandi et exsecrandi nonnulla addam.

Att. 4, 7, 1 De Apollonio quod scribis, qui illi dii irati! [Cf. Deiot. 7, 21] Cic. imitatus est Ph. 123... qui

---

(*) Cf. Front ed. cit p. 168.

(**) Notatu dignum est alliterationem et paronomasiam inveniri apud Terentium saepius in prologis, ubi asprere compellat poëta malevolos adversarios, cf. *ROEHRICHT A*, Quaestiones scaenicae ex prologis Terentianis petitae (Argentorati 1885) p. 47 et *FISCHER* p. 10 sq., sed haud pauca exempla hic v. d. omisit, v. gr. studium Ph. 18 H. 4 [Cf. studio obstupida— Pac. v. 54 p. 83. *RIBBECK O.*, Tragicorum Romanorum fragmenta. Lipsiae 1871] et 19. Haec verba praeter cetera formant paronomasiam: causa Ht. 41, H. 55—cf. R. Am. 2, 5; Att. 7, 3, 5 et not. Donati ad H. 55; opera... opus A. 738, Ht. 73, Ph. 563, 760—cf. Verr. 1, 56, 147; 2, 71, 173; Att. 16, 15, 3; Fam. 15, 12, 2 (Vid *RAEBEL O.*, De usu adnominationis apud Romanorum poëtas comicos Halis Saxonum 1882 p. 54 et 48; cf. *KOZIOL* p. 199); (in)merito (Cf. *TAMMELIN E.*, De participiis priscae latinitatis quaestiones syntacticae. Helsingforsiae 1889 p. 56) Ph. 290, H. 760, cf. H 580, 740; omnis A. 96, Ht. 460 Ph. 264, H. 598, 867; Ad. 299, 978, 990 (vid. *BUCHHOLD* l. c. p. 92 et 51) cf. Verr. 2, 12, 30; Att 5, 13, 2; 7, 3, 5; 7, 13 a, 1; 8, 12, 6; Fam. 6, 2, 2; 7, 32, 1; 12, 6, 2; or. 1, 4; Tusc. 2, 26, 62; Lael. 21, 78 et saepius; cf. not. Donati ad Ad. 299; iniquus... aequus Ht. 27, H. 54, 274, 475; Ad. 187, cf. Ad. 503 (Donatus ad H. 475 adnotat: Iniqua aequa παρονομασίαι sunt Terentianae)—cf. Quinct. 14, 75; Tusc. 5, 39, 114.

(***) De interiectione indignantis malum! cf. *HELLMUTH* p. 173 et *RICHTER P.*, De usu particularum exclamativarum apud priscos scriptores Latinos (Studien auf dem Gebiete des archaischen Lateinherausgegeben von Wilh. Studemund. Erster Band, Zweites Heft, Berlin 1890) p. 392. Vid. not. *PLESSIS* ad Ad. 544.

illum di omnes perduint!(*) Clu. 25, 69 homo impurissimus statim coepit... versari—Ad. 281 sq. hominem istum inpurissumum .. absolvitote. Cael. 15, 35 Tu vero, mulier (iam enim ipse tecum.... loquor), si ea, quae facis... probare cogitas—H. 525 Nam si utrumvis horum, mulier, umquam tibi visus forem... Pis. 9, 19 stipes [Cf. Har. resp. 3, 5; in sen. 6, 14]—Ht. 877; quod est convicium in hominem stultum.(**) Rab. Post. 11, 29... et illae minae, si te secundo lumine hic offendero. Moriere(***)—simile dictum E. 1064 sq. Si te in platea offendero hac... periisti.(****) Tusc. 5, 19, 55 si digito quem attigisset, poenas dedisset—E. 740 si illam digito attigerit uno, oculi ilico ecfodientur [Cf. Plaut Pers. 793].

Restat, ut de verborum copia et delectu, i. e. de Cicerone elocutionis Terentianae imitatore, pauca verba faciam.(*****)

Itaque quibus vocibus Terentio peculiaribus Cicero quoque usus sit proferendum in medium est.

(*) De similibus formulis cf. *LANGEN P.*, De execrandi formulis Plautinis Terentianisque observatio grammatica (Rheinisches Museum 1857, 12) p. 426 sqq.

(**) *GERDES* p. 17 et *OTTO*, Das Pflanzenreich im Sprichwort. (Archiv für lat. Lex u Gramm. 1887, IV) p. 196 et „Die Sprichwörter" p. 332 s v. stiles.

(***) Quae Caesaris esse interdicta Cic. Att. 7, 26, 1 demonstrat.

(****) Cf. Ennii fab. v. 224 sq (*RIBBECK O.*, Trag. fr. p. 47).

(*****) Magnitudo huius rei longam orationem sine dubio desiderat, sed ad uberius dicendum de Terentiano usu et copia verborum alius mihi locus est constitutus, praesertim cum hac de re novissimi observatores linguae Terentianae—*ENGELBRECHT A.*, Studia Terentiana (Vindobonae 1883) p. 80 et *STANGE E.*, De archaismis Terentianis (Wehlau 1890) p 34 scribere promisissent, et promissa sua non fecissent.

Haec primum a Terentio usitata vocabula occurrunt in Ciceronis operibus.

A. NOMINA.

Substantiva: vox graeca in latinum sermonem recepta—musica (plur. n.); latina novata sunt duo: alterum in „trix" desinens—gubernatrix, alterum cum particula negativa „in" compositum—iniustitia.

Musica, orum (musica ars) (*) occurrit in E 477,(**) cf. Cic. de or. 1, 3, 10; 1, 42, 187; Tusc. 5, 22, 63.(***)

Gubernatrix (quae gubernat) legitur in E. 1046, cf. Cic. de or. 1, 9, 38. Quam habeat significationem apud Ter. hoc subst. ex versu sequenti eiusdem comoediae intelligi potest.(****)

Iniustitia (iniquitas) invenitur in Ht. 134, ubi haec vox nimiam severitatem significat, et in Ad. 302 sq., quo loco legitur:

(*) Vid. *KREBS* s. v. musica.

(**) Cf. *HAULER* l. c. p. 18 not. 47 et not. *FABIA PH.* (Eun. ed. Paris 1895). *WUESEKE* l. c. p 33. sqq. sine causa hoc illustre exemplum omisit.

(***) *SAALFELDIUS* s. v. musicus hunc Ciceronis locum silentio praeteriit.

(****) E. 1046 sq.

. . . . . .quae gubernatrix fuit,
Quae tot res tantas tam opportune in unum conclusit diem.

Cf. not *FABIA* (Eun. ed. cit.). De nominum verbalium in—tor et—trix desinentium apud Terentium copia et vi strictim disputavit *AMDOHR O.*, Prologi Hecyrae Terentianae grammatica, critica, historica ratione pertractantur (Francofurti ad Viadrum 1873) p. 14, ubi per errorem tutor ad Terentiana novata refertur, legitur enim hoc subst. apud Plaut. Aul. 430.

Tot res repente circumvallant se, unde emergi non potest:

Vis egestas iniustitia solitudo infamia(*)

—cf. Cic. de off. 1, 7, 23 et 1, 13, 41.

Adiectiva: duo sunt adiectiva particula „per" instructa—pergravis (valde gravis) et perscitus (valde scitus). Prius occurrit in H. 292, cf. Cic. Sext. 50, 107; Cael. 26, 63;(**) posterius (quod est proprie participium verbi „perscio" adiectivorum more adhibitum) usurpatum est Terentio in A. 486 [cf. Ph. 110] cum tmesi significatione perpulcher,(***) dividitur quoque per tmesin apud Cic. de or. 2, 67, 271.

B. VERBA.

Composita cum praepositionibus sunt: conlocupleto et expiscor.

Conlocupleto (locupleto, divitem vel locupletem facio, cf. Caes. b. c. 3, 59, 2) occurrit in Ht. 258,(****) cf. Her. 2, 18, 28; 2, 29, 46.

(*) Vid. not. Donati ad h. l

(**) Cicero quoque adverbium pergraviter usurpavit—Att. 1, 10, 2; de or. 1, 53, 227. Cf. *MEYER* p. 46.

(***) Cf. not. Donati Perscitus] elegans (*NONIUS*, Compendiosa doctrina per litteras); valde bonus (*EUGRAPHIUS* in ed. Ter. R. Klotzii, Lipsiae 1838—40); valde pulcher (*RUHNKENIUS*, In Terentii comoedias dictata. Bonnae 1825). Vid. not. *MEISSNERI* (Andr. ed., cit.). Cf. *LANFRANCHII V.*, Lexicon poeticum totius linguae latinae (Augustae Taurinorum 1890) s. v.

(****) Cf. *LEWIS* in lex. s v., not. Eugraphii et *THIELMANN* p. 10. Conlocupletasti] divitem fecisti aliorum bonis... (Scholia Terentiana collegit et disposuit *FR. SCHLEE*. Lipsiae 1893 p. 116, 26 sq. Cf Front. ed cit. p. 100).

Expiscor (diligenter inquiro, indago) legitur in Ph. 382,(*) cf. Cic. Att. 2, 17, 3; Fam. 9, 19, 1; Pis. 28, 69.

Utrumque verbum apud Cic. translate usurpatum est.(**)

C. ADVERBIA.

Haec sunt adverbia composita: illius modi, inliberaliter et particula „per" instructum—perbenigne.

Illius modi reperitur in Ad. 441,(***) cf. Cic. Caecil. 21, 68.

Inliberaliter (minime liberaliter, aliter ac hominem liberum decet) apud Ter. in fine versus locum occupat—Ph. 371, Ad. 664;(****) apud Cic. legitur significatione tenaciter, parce—Att. 4, 2, 5; 16, 3, 2; r. p. 1, 22, 36.

Perbenigne (valde benigne) adhibetur in Ad. 702 (cf. Ph. 1051),(*****) apud Cic. per tmesin dividitur Qfr. 2, 9, 2.

(*) Expiscare] fraudulenter tem tare (Scholia codicis Bembini, cf. *UMPFENBACH F.*, Die Scholien des codex Bembinus zum Terentius. Hermes 1867, II pp. 337—402); investigare.. (Cf Schlee l. c. p. 132, 27 sq.). Vid nott. Donati et Eugraphii.

(**) Cf. not. 2 in pag. 37.

(***) Vid *KREBS* s v. modus et not. *PLESSIS* (Ad. ed.). *SPENGELIUS* (Ad. ed) sine causa legit illi modi.

(****) Inliberaliter] iniuste, inclementer, non bene (Donat ad Ad. 664; cf. eiusdem not. ad Ph. 371. Αὔξησις, vid. *DINGELDEIN* l. c. p. 89); male (Glossarium Terentianum ex recensione *G. GOETZ.* Ienae 1885 ad Ad. 664); inhumane (Schlee p. 132, 25). Cf. nott. ad Ad. 449 *FABIA PH.* (Ad. ed.) et *STAMPINI E.* (Adelph. ed. Torino 1891). Adiectivum inliberalis (Cf. Ad. 449, 886) Ciceronis proprium esse videtur, aeque ac subst. inliberalitas, cf. c. c. de off. 1, 29, 104; 2, 18, 64. Vid. *LANGEN*, Die Metapher... p. 762 sq

(*****) Perbenigne] large abundeque (Donat Vid not. Spengelii ad h. v.).

Haec tria vocabula, quae primum apud Terentium leguntur, occurrunt quoque apud posteriores (praecipue apud priscos) scriptores, nec non apud Ciceronem.

Substantivum deminutivum est lacrimula.

Lacrimula (parva lacrima) legitur in E. 67,(*) cf. Catull. 66, 16 et Cic. Planc. 31, 76 (ter).

Adverbia: paululo et ubivis.

Paululo (aliquantulum) reperitur in E. 75 (cod. A), cf. Afran. v. 121 p. 180(**) et Cic. Fam. 5, 14, 1.

Ubivis (quolibet in loco) occurrit in A. 203 et in H. 284,(***) cf. Att. v. 434 p. 192,(****) Cic. Att. 14, 22, 2; Fam. 6, 1, 1 et Hor. sat. 1, 4, 74.

Haec primum a Terentio usitata verba occurrunt apud Ciceronem et apud posteriores (praecipue argenteae latinitatis) scriptores.

A. NOMINA.

Substantiva: graeca in latinum sermonem recepta sunt—comissator et Heauton timorumenos; deminutivum—aediculae (plur. n.); ex vulgari sermone haustum in „o (onis)“ exiens—homuncio; suffixo „tio(sio)“ formata—circuitio, cognitio, coitio, commemoratio, delectatio, inceptio, narratio, oppressio; in „mentum“ desinentia—delectamentum, intertrimentum;

(*) Vid. nott. in lex. Klotzii s. v. et Donati ad. l. Ter. Cf. *MUELLER G.*, De linguae latinae deminutivis (Lipsiae 1865) p. 82.

(**) *RIBBECK O.*, Comicorum Romanorum fragmenta. Lipsiae 1873.

(***) Ubivis] ubicunque (Eugr.).

(****) *RIBBECK O.*, Trag. fr.

in „tudo“ exeuntia—habitudo, vicissitudo; desinentia in „antia“ „entia“ „ena“ „tor“ „us:“ vigilantia, intellegentia, cantilena, perfector, abortus.

Comissator (qui comissationibus atque intempestivis conviviis interest) legitur in Ad. 783;(*) invenitur apud Cic. bis—Att. 1, 16, 11; Cael. 28, 67; apud Livium bis—40, 7, 8; 40, 9, 1 et saepius apud scriptt. arg. lat.(**)

Heauton timorumenos (ipse se puniens) latinis litteris scriptum (graece ἑαυτὸν τιμωρούμενος) legitur in Ht. 5,(***)cf. Cic. Tusc. 3, 27, 65 et Gell. 4, 9, 11.

Aediculae (parva aedes sive domus)(****) occurrit in Ph. 663,(*****) bis apud Cic. Cael. 7, 17; parad. 6, 3, 50; cf. Petron. sat. 90.

Homuncio (parvus aut vilis homo) reperitur in E. 591;(******) legitur quoque in eadem oppositione in acad. pr. 2, 43, 134,(*******) cf. Iuv. 5, 133; Apul. met. 9, 7 et al.; haec vox vulgaris sermonis propria est.(********)

(*) Comissator] superventor (gloss. Goetz); comissatores dicuntur, qui post coenam veniunt ad laetitiam et ad voluptatem (Eugr.). Cf. not. apud *FABIA* (ed. Ad.). et *AMDOHR* l. c. p. 14.

(**) Cf. *WEISE O.*, Die griechischen Wörter im Latein (Leipzig 1882) s. v., *HAULER* p. 19 sq. et *SAALFELD* s. v. comissor.

(***) Vid. praefat. *WAGNERI* (Ht. ed. cit.) p. 25 sq., *SAALFELD* s. v. Heautontimorumenos et not. *GRAY* (Ht. ed. cit.).

(****) *KREBS* s. v. aedes. *MUELLER* l. c. p. 49 et not. *SLOMANI* (Ph. ed.).

(*****) Cf. not. *PERLETI*: aediculae deminut. nomen.... ut attenuet rem suam.

(******) *PERLETUS* adnotat:.. hac itaque Chaerea usus est voce homuncionis, ut vilitatem hominis maiestati Iovis summi e regione el opponeret.

(*******) Cf. not. *FABIA* (E. ed).

(********) *FISCH R.*, Die lateinischen nomina personalia auf „o, onis“ Ein Beitrag zur Kentniss des Vulgärlateins (Berlin 1890) p. 47 et 8 sq. Cf. *SLAUGHTER M. S.*, On the Substantives of Terence [Quillus mihi cognitus est ex uberiore recensione, intexta in „Iohns Hop-University Circulars“ (1887, VI, No. 57, April)] p. 78.

Circu(m)itio (circuitus) translate usurpatur in A. 202,(*) cf. Her. 4, 32, 43; div. 2, 17, 40 et 2, 61, 127; proprie saepe apud Vitr. legitur, cf. Liv. 3, 6, 9. Hoc vocabulum e graeca lingua in latinum sermonem translatum est (cf. περισσολογία, περίφρασις).(**)

Cognitio (notio, scientia)(***) reperitur in E. 921 et in H. 831, non raro apud Cic. occurrit, e. g. de off. 1, 44, 158; cf. Liv. 1, 49, 4. Haec vox apud Ter. propria est de liberis expositis et denuo repertis.(****)

Coitio (conventus, congressus) translate usurpatur in Ph. 346;(*****) haec satis rara vox(******) occurrit apud Cic. Att. 4, 18, 3; Clu. 54, 148; Qfr. 2, 15 b, 4; 3, 1, 5, 16; Planc. 22, 53; cf. Liv. 2, 35, 4 et saepius.

Commemoratio (recordatio) raro invenitur,(*******) e. c. in A. 43; saepius apud Cic. (potissimum in epistolis et in Verrinis) reperiri potest, e. g. Fam. 5, 12, 1; cf.

(*) Circum itione] periphrasi (Donat.); circumlocutione (gloss. Goetz); ambage (Cf. Schlee p. 81, 29 sq.); anfractibus, ambagibus verborum, cf. Ht. 318 et Cic. div. 2, 61, 127 (Vid. indicem Terentianum Iacobi *KOCKERTI.* Francofurti et Lubecae 1667 s. v.). Cf. not. *WESTERHOVII* (cf. Ter. com. ed. Lipsiae 1830—31).

(**) Vid. *THIELMANN* p. 95, ubi exempla ex Cic. libro de div. desunt. Cf. *KREBS* s. v. circumlocutio et *PAUCKER C.*, Meletematum lexistoricorum specimen (Dorpati 1875) p. 8 „Voces Vitruvianae."

(***) Cf. *KREBS* s. v.

(****) Vid. not. *WESTERHOVII* ad E. 921. Cognitio] ἀναγνώρισις, cf. H. 811. Vid. *THOMAS* (Hec. ed. Paris 1887).

(*****) Cf. not. Donati et *WÖLFFLIN,* Krieg und Frieden im Sprichworte der Römer p. 212. Prima coitio] primus conventus, prima allocutio (Schlee p. 132, 14 sq.); congressus primus et initium certaminis (Kockert).

(******) Vid. not. in lex. *LEWIS.*

(*******) Ibid.

Tac. a. 13, 3. Pro hac voce Caecilius „commemoramentum" dixit.(*)

Delectatio (cf. infra delectamentum) occurrit in Ht. 987; non raro legitur apud Cic., e. c. Verr. 2, 34, 83 et apud Quint.

Inceptio (inceptum, principium) est vox rara,(**) quae reperitur in A. 218, cf. acad. pr. 2, 38, 119 et Apul mag. 66.

Narratio legitur in A. 709 et saepe apud Cic. in libris rhetoricis, e. c. de inv. 1, 19, 27 sq., cf. Phaedr. 4, 4, 2 et al.

Oppressio reperitur in Ad. 238,(***) apud Cic. dom. 3, 5 et de off. 3, 21, 83; cf. Vitr. 10, 3, 3.

Delectamentum (cf. delectatio) legitur in Ht. 952, cf. Cic. Pis. 25, 60 et Nazar. paneg. Const. 35.

Intertrimentum (detrimentum) occurrit in Ht. 448,(****) apud Cic. Verr. 1, 50, 132; Font. ed. Orell. II, 1 p. 394 [II. 3] et Liv. 32, 2, 2; 34, 7, 4.

Habitudo (habitus corporis) est vox priscae latinitatis,(*****) quae legitur in E. 242,(******) in libr. rhet. ad Her. 4, 10, 15; saepe apud Apuleium, e. c. met. 9, 39 et apud alios.

(*) *RIBBECK*, Com. fr. v. 166 p. 63.

(**) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Cf. *KREBS* s. v.

(***) De hac voce cf. *PLOEN H.*, De copiae verborum differentiis inter varia poesis Romanae antiquioris genera intercedentibus (Dissert. Argent. 1882, VII) p. 261 (29) not. Oppressionem] violentiam (Schlee p. 152, 26). Cf. not. *PERLETI* et Ad. 229.

(****) Intertrimento] dampno (sic! Schlee p. 119, 7; cf. nott. Eugr. et Calph. in ed. Westerh.); detrimento, damno (Gronov.). Vid. nott. *RUHNKENII*, *WESTERHOVII*, *WAGNERI* (Ht. ed.) et *DOELLENI A.* (Ht. ed. Charkoviae 1879).

(*****) Cf. not. in lex. *LEWIS*, *KREBS*, s. v., *PLOEN* l. nup. cit. p. 265 sq. (32 sq.) et *THIELMANN* p. 93.

(******) Habitudo] pinguities (gloss. Goetz); exterior species (Kockert, cf. Westerh.); habitus, cf. E. 315 sq. et Cic. Cael. 24, 59

Vicissitudo (alternatio, commutatio) occurrit in E. 276,(*) saepe apud Cic. in operibus philosophicis e. g. de off. 1, 37, 134; cf. Apul. met. 3, 1.

Vigilantia (somni parcitas) translate legitur in Ad. 398, saepe apud Cic. e. c. Att. 8, 9, 4; Plin. ep. 3, 5, 8.

Intellegentia occurrit in H. 31;(**) est vox Ciceroni familiaris, cf. or. 33, 117; de off. 3, 20, 81 et alibi;(***) Iust. 36, 2, 8.

Cantilena (cantio) vox cotidiani sermonis(****) legitur in Ph. 495,(*****) cf. Cic. Att. 1, 19, 8; fam. 11, 20, 2; de or. 1, 23, 105; Gell. 9, 4, 14; 19, 9, 8 et al.

Perfector (qui perficit)(******) obvium fit in E. 1035,(*******) cf. Att. 8, 11, 1; de or. 1, 60, 257 et Firmic. Mathes. 8, 8.

(Ruhnken); corpulentia (Schmieder, cf. Ter. com. ed. Halis Saxonum 1819). Vid. not *VOGELI A.* (E. ed. Kieviae 1884) et *WOLLNER D.* Die auf das Kriegswesen bezüglichen Stellen bei Plautus und Terentius (Landau 1892) p. 51 sq.

(*) Vicissitudo] alternatio (Schol. cod. Bemb.); recompensatio (Schlee p. 100, 4). Cf. vicissitas apud Att. (Ribbeck, Trag. fr. v. 536 p. 216). Vid. not. *EUGRAPHII* ad loc. Ter.

(**) Cf. not. *THOMAS* (H. ed. cit.).

(***) Vid. *HAUSCHILD O.*, De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur (Halis Saxonum 1885) p. 22, sed errat hoc loco v. d., scribens: „Praeter Ciceronis scripta alia nulla hanc vocem exhibere videntur."

(****) Vid. not. in lex. *LEWIS.* Apud Sidonium legitur adiect Cantilenosus—ep. 3, 14; 4, 1.

(*****) Cantilena(m) modulatio cantionis (Schol. cod. Bemb.), id quod canitur et quod crebris sermonibus usurpatur (Ruhnk., cf. not. Donat.). *SCHNEIDER I.*, De proverbiis Plautinis Terentianisque (Berolini 1878) p. 15 et. *PFLÜGL F. X.*, Das lateinische Sprichwort, bei Plautus und Terenz (Straubing 1880) p. 32.

(******) Cf *PLOEN* p. 257 (24). (*******) Vid. nott. *DONATI* et *FABIA* (E. ed.). Cf. *AMDOHR* p. 14.

Abortus (actus aboriendi; dicitur tantum de fetu immature edito et mortuo) reperitur in H. 398,(*) cf. Att. 14, 20, 2; Plin. ep. 4, 11; 8, 10; 8, 11 et al. (apud Plaut. invenimus abortio Truc. 202, cf. Cic. Clu. 12, 34).

Adiectiva: unum deminutivum—plusculus; duo composita cum particulis—inliberalis, percarus, unum in „arius" desinens—statarius et unum participium pro adiectivo positum—temperans.

Plusculus (aliquanto plus) legitur in Ph. 665,(**) cf. Cic. fam. 5, 12, 3; de or. 2, 24, 99; rep. 2, 33, 57; Apul. met. 2, 17; 3, 21 et al.

Inliberalis (qui contra agit, ac liberum hominem decet) occurrit in Ad. 449(***) et 886,(****) cf. apud Cic. de off. 1, 29, 104; 1, 42, 150 et saepius; Liv. 38, 14, 14 et al.

Percarus (valde carus) legitur in Ph. 558,(*****) cf. Cic. Scaur. § 39; Tac. a. 2, 74; Iust. 12, 12, 11.

Statarius (fixus, immotus) invenitur in Ht. 36(******)

(*) Cf. nott. *DONATI* et *THOMAS* (H. ed.). Vid. indicem ed. Biponinae (Ter. com. ed. Biponti 1779—80).

(**) *KEIL*, Grammatici Latini II p. 104, 16. Vid. *SCHLEE* p. 63, 33 sqq. et nott. *DZIATZKONIS* et *SLOMANI* in edd. Ph.

(***) Cf. supra p. 48. Inliberale (Ad. 449)] inhonestum, quod honestate facile careat (Schol. cod. Bemb.); malum (gloss. Goetz); inhonestum et inhumanum (Schlee p. 156, 12); cf. nott. *SPENGELII* et *SLOMANI* ad h. l.

(****) Servom haud inliberalem (Ad. 886)] servum tali ingenio, quali non servi, sed ingenui et liberi homines esse solent (Ruhn., cf. eiusdem not. ad A. 38).

(*****) Vid. not. *SLOMANI* (Ph. ed.) et *WÖLFFLIN*, Bemerkungen über das Vulgärlatein. p. 165.

(******) Stataria] lenis (Wagner Ht. ed). Cf. Schol. cod. Bemb. et Gronov. ad h. l.

(cf. lenis ibid. v. 45), cf. Br. 30, 116 et 68, 239; Liv. 9, 19, 8 et al.

Temperans (moderatus, continens) occurrit in Ht. 580 et Ph. 271,(*) cf. Cic. Font. 13, 28; 14, 30; Att. 15, 1, 1; parad. 3, 1, 21; Plin. paneg. 52, 2 et al.

B. VERBA.

Unum impersonale verbum—advesperascit; octo composita cum praepositionibus: „con (cum)"—convivor, convolo, „de"—depeciscor, „ex"—excarnufico, „in", —incommodo, „ob"—obsecundo, obstupefacio et oppignero.

Advesperascit(**) (incipit advesperare) legitur in A. 581(***) (cf. Ht. 248 vesperascit) invenitur apud Cic. Verr. 4, 65, 147; Fam. 15, 4, 8; de fin. 4, 28, 80; n. d. 3, 40, 94; cf. Auct. b. Hisp. 24 et al.

Convivor (convivium facio, celebro) raro invenitur,(****) e. c. in Ht. 206,(*****) cf. Cic. Verr. 3, 44, 105;

(*) Temperans (Ph. 271)] consulens, providens, moderatus (Donat., cf. not. Ruhnk.); parcens (Magnaeus); prospiciens (Schmieder, cf. not. Dziatzkonis in ed. Ph.)

(**) Vid. *KREBS* s. v. vesperascere et inc. auctoris quaestionem „De linguae latinae verbis incohativis (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1884, I) p. 493.

(***) Advesperascit] sera hora incipit (Gloss. Goetz).

(****) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Cf. *KREBS* s. v. convivere. Activa forma convivare legitur apud Enn. sat. v. 2 p. 73 (Q. Enni carminum reliquiae. Emendavit et adnotavit L. Mueller. Petropoli 1885), Titin. v. 89 p. 146 et Pomp. v. 85 p. 238 (Ribbeck, Com. fr.).

(*****) Convivarier] praebere convivia (Westerh.).

Suet. Caes. 48, Claud. 32, Domit. 21 et al.

Convolo (simul volo, concurro) raro adhibetur,(*) cf. H. 40,(**) dom. 22, 57; Sext. 51, 109; Rab. Post. 7, 18; Tusc. 3, 21, 50; Liv. 2, 28, 9 et apud ICTos.

Depeciscor (paciscor) legitur in Ph. 166,(***) cf. Cic. de inv. 2, 24, 72; R. Am. 38, 110; 39, 115; Verr. 3, 24, 60; Att. 9, 7, 3;(****) Dig. 3, 6, 3.

Excarnufico (excarnatum reddo, in partes divido) raro occurrit,(*****) e. c. in Ht. 813,(******) apud Cic. n. d. 3, 33, 82; Suet. Vitell. 17; Sen. ep. 24, 13; de ira 3, 4.

Incommodo (officio, molestus sum) legitur in A. 162,(*******) cf. Cic. Quinct. 16, 51; Qfr. 1, 2, 3, 10; de fin. 5, 19, 50; Gell. 7, 17, 3; Apul. met. 8, 3 et al.

(*) Vid. not. in lex. *LEWIS*.

(**) Convolat] festinanter convenit (Kockert).

(***) Depecisci (morte)] pactionem transigere (Donat.); mori volo vel pacisci mortem (Eugr.); petere aliquid vel conditione mortis proposita, aut non recusare mortem, si eius pactione res aliqua desiderabilis sit petenda (Gronov., cf. Kockert); talem pactionem inire, ut ne mortem quidem recuses, dummodo rem gratam habere liceat (Ruhnk., cf. Westerh.); ... contemnere ipsam mortem, dummodo... (Perlet).

(****) Cf. p. 36.

(*****) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Cf. nott. *WAGNERI* et *DOELLENI* in edd. Ht.

(******) *KEIL*, Grammatici Latini II p. 402, 3. Excarnufices] crucies [Schlee p. 123, 13; cf. *HELLMUTH*, Ueber die Sprache der Epistolographen S. Sulpicius Galba und L. Cornelius Balbus (Würzburg 1888) p. 53 s. v. cruciare]; excrucies (Calph.), minutim excrucies (Magnaeus).

(*******) Cf. *KREBS* s. v. Incommodet] noceat, incommodum afferat (Donat., cf. Eugr. et gloss. Goetz); incommodum det (Westerh.). Verbum incommodare elegans est pro incommoda afferre *DRAKENBORCH A.*, Dictata ad Terentii comoedias, Münster 1833; cf. Ruhnken). Cf. not. *SPENGELII* (Andr. ed. Berolini 1886) et *HELLMUTH*, De ermonis proprietatibus.... p. 125.

Obsecundo (obsequor) occurrit in Ht. 827(*) (cf. Ad. 994), cf. Cic. Pomp. 16, 48; Liv. 3, 35, 7; Front. p. 86 et 252 (ed. Naber) et al.(**)

Obstupefacio (stupidum reddo) invenitur in Ph. 284; cf. Cic. Catil. 2, 17, 14; Deiot. 12, 34; non raro occurrit apud scriptores rerum arg. lat. (Liv., Tac., Val. M.), e. c. Liv. 2, 10, 5.

Oppignero (pignori do) est verbum rarum,(***) quod legitur in Ht. 794,(****) cf. Cic. Sext. 51, 110; Mart. 2, 57, 7 et al. praecipue eccl.(*****)

C. ADVERBIA.

Simplicia: contumeliose, perdite, prolixe, venuste; composita: inhumane, alicubi, uniusmodi.

Contumeliose (cum contumelia) invenimus in Ph. 348,(******) saepe apud Cic., e. c. Att. 1, 14, 5 et apud scriptores rerum arg. lat., e. g. Liv. 32, 37.

(*) Obsecundato in loco] oboediens esto mihi modo, vel opportuno tempore, ut hoc, quod tibi dixero, facias (Schlee p. 123, 17 sqq., sed in indice vocabulorum omissum est); ad nutum omnia facito, dicito (Schmieder); oboedi (Perlet). Obsecundare] omnia ad alterius nutum facere (Calph.); gratificari (Kockert); dicere et facere omnia ad voluntatem (Ruhnk.); omnia alicui secunda et subservientia dicere et facere (Westerh.).

(**) Cf. not. *WAGNERI* (Ht. ed.) et *SCHMALZ I.*, Ueber die Latinität des P. Vatinius in dem bei Cicero ad fam. V, 9 und 10 erhaltenen Briefen (Mannheim 1881) p. 46.

(***) Vid. not. in lex. *LEWIS*.

(****) Oppignerare] pro pignore accipere vel habere... (Schlee p. 123, 2 sqq.); dare pignori, opponere pignori (Westerh., cf. Caecil. v. 105 p. 53—Ribb., Com. fr.).

(*****) Augustinus (ep. 215) derivavit subst. oppignerator.

(******) Contumeliosius] maiore contumelia (Kockert, cf. Magnaeus).

Perdite (flagitiose) occurrit apud Ter. bis Ht. 97 et Ph. 82(*) in phrasi amare coepit perdite, quod est Afranii hemistichium, sed apud hunc legimus amare perditim,(**) cf. Cic. Att. 9, 2 A., 2; Quint. 2, 12, 5.

Prolixe (large, abundanter) obvium fit in E. 1082(***) et Ad. 943;(****) legitur quoque apud Cic., e. c. Att. 7, 14, 2; 16, 16 A., 6; Fam. 7, 5, 1; Flacc. 36, 89; cf. Apul. met. 4, 2; 7, 14; 8, 10; saepe apud Gell.(*****) et al.

Venuste (cum venustate, lepide) reperitur in E. 457, cf. Cic. Fam. 8, 4, 2; 8, 11, 2; Plin. ep. 6, 21, 4 et al.

Inhumane (duriter et contra legem humanitatis) occurrit in Ht. 1046 (Cf. Ht. 99 non humanitus)(******); apud Cic. Lael. 13, 46; de off. 3, 6, 30 (cf. inhumaniter Qfr. 3, 1, 6, 21); Quint. 3, 8, 69 et al.

Alicubi (in aliquo loco, uspiam, usquam) est adverbium valde rarum,(*******) quod legitur in Ad. 453, cf. Cic. Att. 9, 10, 7; Flacc. 29, 71 et apud scriptores arg. lat., e. c. Suet. gr. 7.

(*) Perdite] intemperate, immoderate (Schlee p. 115, 4 ad Ht. 97); luxuriose, immoderate (Schlee p. 128, 24 sq. ad Ph. 82); misere et nimis vehementer, et in perditionem morum suorum (Calph.); vehementer (Ruhnk. ad Ht. 97); valde (Perl. anim. ad Ph. 82). Cf. not. *GRAY* (ed. Ht.). Vid. *BARTH P.*, Die Eleganz des Terentius im Gebrauch des Adiectivums (Neue Iahrb. f. class. Phil. u. Paed. 1884, 129) p. 181.

(**) Ribb., Com. fr. v. 353 p. 210. In sermone comico (indice) s. v. legendum est 353 pro 354.

(***) Prolixius] abundantius (Eugr.); liberalius vel iocundius, ut idem in Adelphis (943): prolixe, Micio, id est iocunde [Schlee p. 113, 8 sqq.; cf. p. 161, 28; cf. not. *BRUNSI* (cf. Ter. com. ed. Halae 1811)]; largius, benignius (Ruhnk., cf. not. Fabia E. ed.).

(****) Prolixe] benigne (Donat., cf. not. Fabia Ad. ed.); benigne liberaliter (Perlet. Vid. nott. *PLESSIS* et *STAMPINI* in edd. Ad.

(*****) Vid. *KREBS* s. v. prolixus.

(******) Vid. infra s. v. humanitus.

(*******) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Hoc adverbium in Krebsi arbaro praeteritum est.

Uniusmodi (unius modi)(*) reperitur in Ht. 205, cf. Cic. Att. 9, 7, 5; Tim. 7 (ed. Orell. IV, 2 p. 502); Auson. Ephem. in parecb. 16.

Haec primum a Terentio usitata verba leguntur apud priscos scriptores nec non apud Ciceronem et scriptores argenteae latinitatis.

A. NOMINA.

Substantiva: duo graeca—astu, psaltria; duo deminutiva—anicula, pisciculus; duo vulgaria in „o" exeuntia—ganeo, helluo; quinque in „io" desinentia—certatio, discessio, itio, mansio, purgatio; tria in „tas" exeuntia—infelicitas, largitas, liberalitas; denique exeuntia in „mentum"—salsamentum et „entia"—magnificentia.

Astu (asty=ἄστυ) legitur in E. 987,(**) cf. Att. loco dubio (Ribb., Trag. fr.) v. 509 p. 202; Nep. Alc. 6, 4 et Them. 4, 1; Cic. de leg. 2, 2, 5; Apul. met. 1, 24 et saepe apud Vitr., qui voces graecas aeque ac vulgares valde amabat.(***)

(*) Cf. *KREBS* s. vv. unimodus et modus. Sine causa omisit h. v. *LIEBIG A.*, De genitivi usu Terentiano (Oels 1853) p. 19.

(**) In astu] in urbem de Piraeeo (Donat.). Cf. *KREBS, WEISE* et *SAALFELD* s. v.; *HAULER* p. 18, ubi prius exemplum ex Nepote omissum est; vid. not. *FABIA* (E. ed.).

(***) Cf. *WEISE O.*, Ein Beitrag zum Vulgärlatein (Philologus 1888, XLVII) p. 49.

Psaltria(*) (cf. citharistria Ph. 82, 144 et fidicina E. 457, 985; Ph. 109) sive Ferentinatis inscribitur una ex Titinii fabulis (Ribb., Com. fr. p. 146) duodecies invenitur in Ad. 388, 405, 451, 476, 558, 600, 617, 724, 743, 759, 842, 967; semel apud Cic. Sext. 54, 116; cf. Iuv. 6, 336 et al.

Anicula (vetula) occurrit in A. 231(**) et Ph. 98, cf. Varr. l. l. 9, 74 p. 221 Müll.; Cic. Flacc. 36, 91; Br. 46, 172; Tusc. 2, 17, 40; n. d. 1, 20, 55; 1, 34, 94; div. 2, 15, 36; Sen. ep. 77, 17 et al.

Pisciculus (parvus piscis) legitur in A. 369,(***) cf. Varr. r. r. 3, 5, 16; 3, 17, 6; Cic. n. d. 2, 48, 123; Suet. Aug. 76 et saepe apud Plin. M.

Ganeo (qui ganeas, i. e. lupanaria frequentat) et hel(l)uo (qui immoderate bona sua consumit, gurges, insatiabilis) plebeia esse maledicta conici potest.(****) Quae convicia Terentius posuit (Ht. 1033 sq.) in serie vocum contumeliosarum (gerro, iners, fraus, helluo, ganeo,

---

(*) Psaltria] fidicina (Schol. cod. Bemb. ad E. 457, cf. schol. ad Ad. 405 et 743). Vid. not. *STAMPINI* (Ad. ed.) ad perioch. 3, *WEISE* et *SAALFELD* s. v.; *HAULER* p. 19 sq. *SLAUGHTER* l. c. p. 79.

(**) Cf. not. *WAGNERI* (Ter. com. ed. Cambridge 1883) et *MUELLER*, De ling. lat. deminutivis p. 76 et 91.

(***) Ruhnk. ad l. Ter. adnotat: „Deminutionem addit deminuto, ut vilitas magis appareat." Cf. not. Donati. Perletus in animadversionibus scribit: „Inest abundantia vocis minutos propter pisciculos, nisi hic Plautinum augendi vel exaggerandi morem respicimus servatum, quo verius poëta accedat quotidiano sermoni. Vide *NENCINI*, De Terentio eiusque fontibus p. 35, cf. p. 23 sqq. et not. *KLOTZII* (Andriae ed. Lipsiae 1865) et *MEISSNERI* (A. ed.). *MUELLER*, De ling. lat. deminutivis p. 34 et 84 et *SLAUGHTER* p. 79.

(****) Cf. *FISCH*, Die lateinischen nomina personalia auf „o, onis" p. 118 sq. et p. 31 et *WEISE O.*, Charakteristik der lateinischen Sprache (Leipzig 1891) p. 102 et 75, *SCHULZE E. T.*, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus (Halis Saxonum 1884) p. 7 et *KROLL* l. c. p. 37.

damnosus).(*) Prius maledictum(**) legitur apud Naev.,(***) cf. Cic. Catil. 2, 4, 7; post red. in sen. 5, 12; Sext. 52, 111; Phil. 13, 5, 11; Iuv. 11, 58 et al.; posterius(****) occurrit apud Turp.,(*****) saepe apud Cic. (l. agr. 1, 1, 2; dom. 10, 25; post red. in sen. 6, 14; Sext. 11, 26; Pis. 17, 41); cf. Gell. 7, 16.

Certatio (contentio) legitur in Ad. 212, cf. Enn. fab. 276 et 359(******) et al.; saepe apud Cic., e. c. Quinct. 21, 68; 22, 73; Suet. Aug. 45 et al.

Discessio (discessus, discidium; cf. A. 697, H. 476, 782) invenimus, in A. 568,(*******) cf. Varr. ap. Gell. 14, 7, 12; Cic. Sext. 34, 74 et saepius; Suet. Tib. 31 et al. scriptores rerum.

Itio (profectio) legitur in Ph. 1012(********) (Cf. E. 671 reditio), cf. domum itio Pac. (Ribb., Trag. fr. p. 97) v. 173,

---

(*) *FISCH* p. 47.

(**) Ganeo] luxuriosus (Schlee p. 126, 14 sq.); tabernis operam dans et conviviis turpioribus (Perlet); qui meretrices sequitur (*ZEUNIUS*, cf. Ter. com. ed. Lipsiae 1774). Vid. nott. *KOCKERTI* et *DOELLENI* (Ht. ed.)

(***) Ribb., Com. fr. v. 118 p. 27.

(****) Cf. *HAUSCHILD* l. c. p. 23. Helluo] invasor et qui plurimum consumit (Eugr.); glutto, vorax (Schlee p. 126, 14; cf. not. Calph.). Huius vocis explicandae ratio a *STOWASSERO* [Dunkle Wörter (Wien 1890) p XIV sqq.] prolata probari non potest. Cf. *WITKOWSKI*, De vocibus hybridis apud antiquos poëtas Romanos (Cracoviae 1892) p. 21 (=224). Apud Ciceronem exstat derivatum ab hoc nomine verbum helluari (dom. 47, 124; Sext. 52, 111; prov. cons. 6, 14; de fin. 3, 2, 7); cf. lectionem Ad. 33, quam dedit *SPEIJER I.*, Observationes ad poëtas Latinos (Mnemosyne XIX, 1) p. 61. Substantivum helluatio legitur apud Cic. (post red. in sen. 6, 13) et Symm., cf. *SCHULZE* p. 25.

(*****) Ribb., Com. fr. v. 1 p. 85.

(******) *MUELLER*, Enni carminum rel. p. 117 et 125.

(*******) *SCHULZE* p. 30. Discessio] divortium (Eugr.).

(********) Vid. *PLOEN*, De copiae verborum... p. 24 et *DRAEGER A.*, Historische Syntax der lateinischen Sprache (Leipzig 1878) I p. 11.

Att. v. 173 (p. 158), trag. inc. inc. 27, 26 (p. 238); ad Her. 3, 21, 34; Cic. Att. 11, 16, 1; 13, 50, 4; div. 1, 32, 68; Symm. ep. 1, 20, 3.(*)

Mansio (mora) reperitur in Ph. 1012,(**) cf. Turp. v. 171;(***) Cic. Att. 8, 15, 2; 9, 5, 1; Fam. 4, 4, 5; de fin. 3, 17, 60; Suet. Tit. 10 et saepe apud Plin. M.

Purgatio occurrit in Ht. 625, cf. Cat. r. r. 157; Cic. Fam. 16, 10, 1; n. d. 3, 22, 57 et saepius; Plin. ep. 10, 41; non raro apud Plin. M. et scriptt. eccl.

Infelicitas (adversa fortuna, calamitas) legitur in Ad. 544,(****) cf. Ribb. app. sent. v. 284 p. 388; Cic. Pis. 20, 47; de div. 2, 29, 62; Liv. 40, 55; Apul. dogm. Plat. 2, 10 et al.

Largitas (largitio, liberalitas) reperitur in Ht. 441 et Ad. 985,(*****) cf. Caecil. v. 91 (Ribb. p. 51),(******) Turp. v. 172 (p. 106); Cic. Br. 4, 16; n. d. 2, 62, 156; Macr. sat. 7, 3.

Liberalitas (ingenuitas, humanitas) legimus in Ad. 57,(*******) cf. Sall. Cat. 52, 11; Cic. de off. 1, 7. 20 et

---

(*) *SCHULZE* p. 26.

(**) Cf. not. Dziatzk. (Ph. ed.), *DRAEGER* l. c. p. 11 et *KROLL* p. 31.

(***) Ribb., Com. fr. p. 106. Hunc Turpilianum versum (Eho dic mihi, an oblita, obsecro, es eius crebras mansiones ad amicam....) Terentius imitatus videtur. Mansiones] commorationes (*MIN—ELLIUS I.*, cf. Ter. com. ed. Holmiae et Hamburgi 1700 p. 614 not. 54).

(****) Vid. not. in lex. *LEWIS*.

(*****) Largitas] largitudo (Nonius, cf. nott. Dziatzkonis et Plessis in edd. Ad.).

(******) Hunc Caecilianum versum (Quod prolubium, quae voluptas, quae te lactat largitas?) Terentius sine dubio imitatus est (Ad. 985).

(*******) Cf. supra p. 54 inliberalis. Vid. not. in lex. *LEWIS*. Liberalitate] bonis artibus (Schol. cod. Bemb. et gloss. Goetz); benignitate, largitate (Schlee p. 150, 21); lenitate, clementia (Ruhnk. et West.) Cf. *ERNESTI*, Clavis Cic. s. v. *LANGEN*, Die Metapher... p. 762

saepius; non raro apud scriptt. rerum arg. lat. (Suet., Tac.) et al.

Salsamentum (piscis sale aut muria conditus) legitur in Ad. 380,(*) cf. Varr. r. r. 3, 17, 7; Cic. de div. 2, 57, 117; Gell. 2, 24, 7 et saepe apud Plin. M.

Magnificentia (cf. E. 741 magnifica verba) occurrit in Ph. 930,(**) cf. Caecil. v. 71 (Ribb., Com. fr. p. 46); Cic. Lael. 6, 21 et saepius; Liv. 1, 57, 1 et al. scriptt. rerum arg. lat.

Adiectiva: tria desinentia in „arius"—cetarius, extrarius, palmarius; unum particula negativa ‹in› formatum —invenustus; unum particula ‹per› instructum—perspicax; denique exeuntia in „osus" et „entus"—suspiciosus, temulentus.

Cetarii est genus piscatorum, quod maiores pisces capit et salsamentis condit, ut vendat. Hoc adiectivum pro subst. positum reperitur in E. 257,(***) cf. Varr. ap. Non. p. 49, 15; Cic. de off. 1, 42, 150;(****) Colum. 8, 17, 12; 12, 46, 1 et al.

---

sq. et nott. Spengelii et Dziatzkonis in edd. Ad.

(*) Salsamenta] carnes sale conditas (Schlee p. 155, 23). Cf. nott. Dziatzk. et. Flessis in edd. Ad.

(**) Magnificentia] vana verba, mutilia (Perlet.); iactantia, grandiloquentia (*SCHIRACH G. B.*, Index in Horatium, Terentium et Phaedrum Halae 1768 p. 216). Cf. nott. Dziatzkonis et Slomani in edd. Ph.

(***) Cf. *SAALFELD* s. v. cetos. Cetarii] qui cete i. e. magnos pisces venditant et bolonas exercent (Donat., cf. Schlee p. 99, 16 sqq.);... qui salsamentum grandium piscium vendunt (Schol. cod. Bemb.); salsamentarii a ceto (Gloss. Goetz);... dicuntur omnes, qui pisces grandiusculos et salsamenta vendunt (Gronov. et Ruhnk.). Vid. not. Vogelii (ed. E.).

(****) Vid. p. 7.

Extrarius (externus) legitur in Ph. 579;(*) omnino hoc adiectivum rarum est,(**) cf. Afr. v. 324 (Ribb , Com. fr. p. 206); Lucr. 4, 276; Her. 2, 13, 19; Cic. de inv. 2, 56, 168; 2, 59, 177; Suet. Vesp. 5.

Palmarius (palma dignus) adhibetur in E. 930,(***) cf. Varr. r. r. 3, 5, 7; Cic. n. d. 1, 8, 20; Plin. 3, 6 (12) et al.

Invenustus (illepidus et sine Venere i. e. sine gratia) est locutio translata a lusu talorum, in quo Veneris iactus erat felicissimus, Canis infelicissimus(****)——A. 245,(*****) cf. Catull. 10, 4; 12, 5; Cic. Br. 67, 237; Colum. 5, 6.

Perspicax (acutus, solers) reperitur in Ht. 370(******) et 874, cf. Ribb., Trag. fr. inc. inc. fab. v. 58 p. 243 (Cf. perspicace Ribb. Afran. v. 59 p. 173); Cic. de off. 1, 28, 100; 3, 26, 98; Apul. met. 2, 23.

(*) Vid. not. Dziatzkonis in ed. Ph. Extrario] extraneo (Schlee p. 134, 32 sq.); alieno, nulla nobis cognatione coniuncto (Ruhnk. et Westerh.).

(**) Vid. not. in lex. *LEWIS*.

(***) Cf. *KREBS* s. v. et not. *FABIA* (ed. E.). Palmarium] remuneratio palmae; captionem, ingenium, dolum..., unde mihi palma meretur (Schlee p. 111, 1 sqq.); gloriosum et palma seu triumpho dignum (Kockert).

(****) Vid. not. *WESTERHOVII*.

(*****) Invenustus] sine Venere, i. e. sine gratia, quem omnes respuant repudientque pulchrae et quem deformes appetant (Donat.). Invenustum] inamabile, inaffabile vel odiosum (Gloss. Goetz.); dehonoratum (Schlee p. 82, 24 sq.);... pro infortunato, et quod statim adiicitur, infelice (Gronov.). *MURETUS* [P. Terentius Afer (Venetiis 1575), argumentorum et scholiorum in Ter. lib. p. 22, 14] ad hunc locum explicat: infelicem in amore, cui non favet Venus in re amoris... (Ruhnk). Cf. nott. *KLOTZII* et *MEISSNERI* in edd. A.

(******) Perspicax] argutus, praevidens (Schlee p. 118, 10).

Suspiciosus legitur in Ad. 606(*), cf. Cat. apud Gell. 9, 12, 7; saepe apud Cic., e. c. Clu. 19, 54; Suet. Dom. 10.

Temulentus (vinolentus, ebriosus) occurrit in A. 229(**) et E. 665; cf. Afran. v. 35 (Ribb., Com. fr. p. 170), Nov. v. 36 (p. 259) et v. 85 (p. 267); Cic. post red. in sen. 6, 13; Sext. 9, 20; Liv. 9, 17, 17; Apul. met. 5, 22 et al.

B. VERBA.

Unum verbum incohativum —augesco; quatuor verba frequentativa—cantito, coepto, cursito, curso; quinque composita cum praepositionibus: ab—abligurrio, abrado; de-deambulo, defervesco; ob—obnuntio; unum verbum deponens—criminor.

Augesco (augeor, cf. Ht. 435; crescor) occurrit in Ht. 423,(***) cf. Enn. a. v. 478 (Müll. p. 55), Naev. v. 61 (Müll. p. 165); Cic. n. d. 2, 10, 26 et 28; 2, 19, 50 et alibi; saepius apud scriptt. rerum arg. lat. (Liv., Tac.) et apud al.

Cantito (saepe ac lubenter canto) est verbum rarum,(****) quod legitur in Ad. 750, cf. Afran. v. 218[1] (Ribb., Com. fr. p. 192), Varr. l. l. 6, 75; 8, 60; Cic. Br. 19, 75; Suet. Ner. 39; Apul. met. 6, 6.

(*) Suspiciosi] pleni suspicionibus (Min-Ellius p. 449 not. 39).

(**) Temulenta] vinolenta h. e. ebriosa (Donat., cf. Eugr.); ebria (Schlee p. 82, 14 et 106, 21 sqq.).

(***) Cf. De linguae latinae verbis incohativis... p. 478. Augescit] augetur et crescit (Schol. cod. Bemb.).

(****) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Cf. *WÖLFFLIN*, Bemerkungen über das Vulgärlatein p. 157, *IONAS R.*, De verbis frequentativis

Coepto (coepio, incipio) est vox poëtarum—(*) E. 1025, Ph. 626; non raro apud Lucr. occurrit, e. c. 1, 267; Cic. de fin. 5, 9, 24; saepe apud Tacitum legitur, e. g. h. 2, 29 et al. scriptt. rerum arg. lat.

Cursito (saepe ac lubens curro) raro usurpatur,(**) e. c. E. 278; cf. Hor. sat. 2, 6, 107; carm. 4, 11, 10; Cic. n. d. 2, 44, 115; Suet. Tib. 38, Vesp. 8 (bis) et al.

Curso(***) (saepe ac lubens curro) occurrit in E. 287 et in H. 315 et 815; cf. Lucr. 3, 262; Tibull. 1, 10, 16; Cic. R. Am. 22, 60; Att. 9, 9, 2; Cat. 6, 17 et apud scriptores rerum arg. lat., e. c. Tac. h. 5, 20. Composita praecipue apud Plaut. inveniuntur.

Abligurrio (ligurriendo absumo, cf. E. 936) est verbum vulgaris sermonis et rarum,(****) adhibitum in E. 235,(*****) cf. Enn. sat. v. 28 (ed. Müll. p. 76); Cic. Cat. 2, 5, 10; Suet. gr. 23, Apul. mag. 59 et al.

---

et intensivis apud comoediae latinae scriptores. Part. II (Meseritz 1872) p. 4; eiusdem, Zum Gebrauch der verba frequentativa und intensiva in der älteren lateinischen Prosa (Cato, Varro, Sallust). Posen 1879 p. 7.

(*) Vid. not. in lex. *LEWIS* et *IONAS* p. II, p. 9, ubi, ut aliis locis huius dissertationis, multa sunt omissa.

(**) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Cf. *WÖLFFLIN*, Die verba frequentativa und intensiva (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1887, IV) p. 205 sqq. et 219; *THIELMANN* p. 101 et not. *FABIA* (E. ed.). Hoc verbum, sicuti alia multa et notatu digna vocabula (e. c. abrado, cantito, deambulo, extrarius, oppignero....), omissum est in „Indice verborum veterum et raro usitatorum apud Terentium", qui additus est magnificentissimae editioni Terentii (cf. Ter. com. ed. Urbini 1736) p. 321 sqq. Cf. *IONAS*, Zum Gebrauch der verba frequentativa... p. 7.

(***) Cf. *IONAS* p. II, p. 15, ubi versus ex Eunucho corrigendus est (non 787, sed 287 legendum esse puto).

(****) Vid. nott. in lex. *KLOTZII* et *LEWIS*.

(*****) *PLOEN* (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1887, IV) p. 313 sq. Abligurrierat] suavibus escis consumpserat (Donat.); consumpserat deliciose (Schol. cod. Bemb.); devoraverat (Gloss. Goetz, cf.

Abrado (aufero) est vox rustica,(*) quae legitur in Ph. 333, cf. Lucr. 4, 1095; 1102; Cic. R. Com. 7, 20; Caec. 7, 19;(**) Plin. paneg. 37, 2 et al.

Deambulo (sursum prorsum ambulo) est rarum rusticum(***) verbum, quod legitur in Ht. 587 (bis), cf. Cat. r. r. 127; 156, 4; Cic. de or. 2, 63, 256; de leg. 1, 4, 14; Suet. Aug. 83, 96; Domit. 21.

Deferve(sc)o (deferveo) occurrit in Ad. 152,(****) cf. Varr. r. r. 2, 2, 11; Cic. fam. 9, 2, 4 et saepius; Plin. ep. 9, 13, 4 et al.

Obnuntio (mali aliquid aut impedimenti nuntio) legitur in Ad. 547,(*****) cf. Pac. v. 213 (Ribb., Trag. fr. p. 102); Cic. Att. 4, 3, 4 (bis); Phil. 2, 33, 83 et saepius; Suet. Caes. 20 (bis) et al.

Criminor (accuso) reperitur in E. 855(******) cf. Sall. Iug. 79, 7; saepe apud Cic., e. c. Mil. 5, 12; Liv. 1, 54, 8 et al. Pro hoc deponenti prisci scriptores usurpa-

---

Schlee p. 99, 2 sqq.); leviter cibos suspensis quodam modo digitis tetigerat (cf. Eugr.); per luxum ac luxuriam absumpserat (Gronov., cf. Ruhnk.).

(*) Vid. not. in lex. *LEWIS*. Abradi] per vim auferri (Donat. cf. not. Westerh.); adquiri, abstrahi (Schlee p. 132, 3);... detrahi, extorqueri (Min—Ellins p. 537 not. 54).

(**) Cf. p. 35.

(***) Vid not. in lex. *LEWIS*. Cf. *KREBS* s. v.

(****) Defervisse] refriguisse, refrigerasse... (Schlee p. 151, 11 sqq.); fervere desiisse (Westerh., cf. Ad. 534).

(*****) Obnuntiare proprie dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scaevumque viderint. Ergo obnuntio] malum imminens nuntia (Donat.); malum nuntium vel accipio vel ales perfero (Eugr.); contrario nuntio (Schlee p. 157, 2); conor impedire, monendo efficio, ne quid fiat... (Ruhnk., cf. Gronov.); malum nuntium adporto (Westerh.). Cf. nott. *KOCKERTI* et *SPENGELII, DZIATZKONIS, PLESSIS, SLOMANI* in edd. Ad.

(******) Vid. *KREBS* s. v. et not. in lex. *LEWIS*.

verunt crimino, ut Plaut. Pseud. 493, Enn. s. v. 21 (Müll. p. 75).

C. ADVERBIA.

Tria adverbia in „e" exeuntia—dilucide, diverse, inhoneste; duo in „ter" desinentia—duriter, naviter; denique unum in „us" exiens—humanitus.

Dilucide (lucide, clare) occurrit in Ph. 399, cf. Pomp. v. 161 (Ribb., Com. fr. p. 249); saepe apud Cic., e. g. div. 1, 51, 117; Liv. 39, 47.

Diverse (diversis partibus) est rara vox,(*) quae usitatur in A. 260 (BEG), cf. Sall. Cat. 61, 3; Cic. de inv. 1, 50, 93; Suet. Tib. 66, Galb. 19; Gell. 7, 17, 9. Auct. Bell. Afr. 40 fin.

Inhoneste (indecore, turpiter) adhibitum est in A. 797,(**) cf. Caecil. v. 223 (Ribb., Com. fr. p. 72); Cic. Att. 2, 1, 9; Gell. 10, 19, 1.

Duriter(***) (dure) occurrit in A. 74, Ad. 45 et 662(****) cf. Enn. fab. v. 373 (Müll. p. 127), v. 265 (Ribb.,

---

(*) Vid. not. in lex. *LEWIS* et *BARTH*, Die Eleganz des Terentius...p. 181.

(**) Inhoneste] turpiter (Gloss. Goetz.); non honeste, cf. A. 798; improbe, cf. Gell. 10, 19, 1.

(***) Vid. Krebs s. v. *REBLING O.*, Versuch einer Charakteristik der römischen Umgangssprache (Kiel 1873) p. 14 et *OSTHOFF H.*, Die lateinischen adverbia auf-iter (Archiv für lat. Lex. u. Gramm. 1887, IV) p. 455 sq.; *KEIL*, Grammatici Latini I p. 79, 13; 197, 22. Cf. nott. *MEISSNERI* et *SPENGELII* in edd. A. et not. *STAMPINI* ad Ad. 45.

(****) Duriter] dure (Nonius ad A. 74, cf. *KEIL*, Gramm. Lat. IV, 439, 11; V, 245, 3); dura mente i. e inflexibili (Donat. ad Ad. 662 Perlet); laboriose (Schlee p. 80, 26 sq). Multa huiuscemodi vocabula

Trag. fr. p. 54), Caecil. v. 42 (Ribb., Com. fr. p. 42), Afran. v. 251 (p. 196), Nov. v. 99 p. 270; Herenn. 4, 10, 15; Gell. 17, 10, 15.

(G)naviter (diligenter) legitur in E. 51,(*) cf. Lucr. 1, 525; Horat ep. 1, 1, 24; Cic. Fam. 5, 12, 3; bis apud Liv. 10, 39, 6; 24, 23, 9; Gell. 15, 4, 3.

Humanitus (more humano) est perrarum adverbium,(**)quod usurpatum est in Ht. 99, cf. Enn. a. v. 126 (Müll. p. 17); Turpil. v. 165 (Ribb., Com. fr. p. 105); Afran. v. 290 (p. 201); Cic. Phil. 1, 4, 10; Apul. mag. 100 et al.

Meherc(u)le proprie est formula iurandi per Herculem, quae legitur in E. 67, 416; Sall. Cat. 52, 35; Iug. 85, 45; 110, 2; saepe apud Cic. occurrit, e. c. fam. 2, 11, 2,(***) cf. Gell. 11, 6, 3.

---

desiderantur apud *SCHESTAKOWIUM* [De etymologia poëtarum comicorum Romanorum quaestiones. (Mosquae 1848)] p. 69, qui plura alia exempla subtiliter congerenda curavit (p. 58 sqq.). Cf. not in indice ed. *BOTHII* (Ter. com. ed. Berolini 1806) s. v.

(*) Naviter] nave. strenue; cf. praegnaviter—Enn. a. v. 211 p. 28 Müll. (Gloss. Goetz, cf. Schlee p. 96, 12); prudenter... (*RICCIUS ST.*, in P. Terentii comoedias sex novus commentarius. Mulhusii 1568, t. I p. 230 aversa). Permira mihi vedetur huius vocis etymologia, quam *IOUVENCY I.* confidenter proposuit (cf. Iuvencius, Ter. com. ed. Rothomagi 1777 p. 276:... a navi, quae recta via celerrime defertur).

(**) Vid not. in lex. *LEWIS. PLOEN*, De copiae verborum... p. 83. Non humanitus] non more humano, non clementer (Ruhnk., cf. Perlet.); duriter et inclementer (Westerh.). Cf. not. *DOELLENI* (Ht. ed.) et nott. *WAGNERI* et *GRAY* (Ht. edd.), qui exemplum Ciceronianum omiserunt. Humanitus] φιλανθρώπως (Keil, Cramm. Lat. I, p. 406, 27); clementer et benigne (Iuvencius p. 180)

(***) *HELLMUTH*, Ueber die Sprache der Epistolographen... p. 34 sq., ubi solum (E. 67) Terentii exemplum allatum est.

Itaque omnia, quae verba a Terentio primum usurpata enumeravimus, leguntur quoque apud Ciceronem et posteriores scriptores. Quorum verborum sors haec fuit.

Maior copia verborum Terentianorum Ciceroni dispersa ac dissipata est in (prioribus) orationibus et in operibus philosophicis, minorem numerum reperimus in epistolis et in libris rhetoricis.

Ex priscis scriptoribus haud parvum numerum vocum Terentianarum habent comici (21: Afranius—7, Caecilius—4, Turpilius—4, Naevius—2, Novius—2, Pomponius—1, Titinius—1) et priores poëtae (19: Lucretius—12, Ennius—7) nec non Varro (11) et Sallustius (9); minorem numerum invenimus apud tragicos (5: Attius—3, Pacuvius - 2), posteriores poëtas (8: Horatius—4, Catullus - 3, Tibullus—1) et apud scriptores rerum (10: Cato—5, Nepos—2, Sisenna—2, Quadrigarius—1).

Ex scriptoribus argenteae latinitatis maximum numerum Terentii vocabulorum sumpserunt scriptores rerum (praecipue Livius, Suetonius, Tacitus et al.), Plinius M., Quintilianus; Gellius et Apuleius (quorum uterque maxime veteres imitabatur), Plinius S., ICTi et al., qui omnia minus usitata et ab usu remota conquirere studebant.

Ipsa autem vocabula sunt haec (95): substantiva in „io" (13), composita cum particula negativa „in" (7) deminutiva (6), voces graecae (6), composita cum praepositionibus „per" (5), „ob" (4), verba frequentativa (4), adiectiva in „arius" (3), substantiva desinentia in „mentum" (3), „o(onis)" (3), „tor" (2), verba composita cum „con" (3), „de" (3), „ab" (2), „ex" (2), verba incohativa (2), substantiva exeuntia in „tudo" (2), „tas" (2), „entia" (2), adiectiva in „osus" (2), substantiva in „antia" (1), „lena" (1), „us" (1), vocabula composita (3), adverbia in „iter" (2) et nonnulla alia vocabula (11).

Haec sunt etsi pauca, tamen satis perspicua vestiuae indicant, quid in elocutione Ciceronis Terentio

debeatur et quantum Terentius, conditor novi cuiusdam generis loquendi, acutus et providens fuerit, quippe qui secutus subtilitatem veteris urbanitatis et humanissimi sermonis, magnum exemplum continentiae praebuerit. Mitto cetera, quae sunt innumerabilia, nam illa non possunt habere neque vim neque venustatem.

Satis iam, satis puto pro viribus meis me confecisse; sin autem in singulis hic illic vehementer erravi, difficultate rei (quis dubitet, quin in hac exemplorum copia paene immensa facile fieri possit, ut hoc vel illud eum, qui colligit, effugiat), ita sperare, quaeso, liceat—si Terentianis verbis hic quoque uti fas est—

Ignoscendi dabitur peccati locus.

Att. v. 173 (p. 158), trag. inc. inc. 27, 26 (p. 238); ad Her. 3, 21, 34; Cic. Att. 11, 16, 1; 13, 50, 4; div. 1, 32, 68; Symm. ep. 1, 20, 3.(*)

Mansio (mora) reperitur in Ph. 1012,(**) cf. Turp. v. 171;(***) Cic. Att. 8, 15, 2; 9, 5, 1; Fam. 4, 4, 5; de fin. 3, 17, 60; Suet. Tit. 10 et saepe apud Plin. M.

Purgatio occurrit in Ht. 625, cf. Cat. r. r. 157; Cic. Fam. 16, 10, 1; n. d. 3, 22, 57 et saepius; Plin. ep. 10, 41; non raro apud Plin. M. et scriptt. eccl.

Infelicitas (adversa fortuna, calamitas) legitur in Ad. 544,(****) cf. Ribb. app. sent. v. 284 p. 388; Cic. Pis. 20, 47; de div. 2, 29, 62; Liv. 40, 55; Apul. dogm. Plat. 2, 10 et al.

Largitas (largitio, liberalitas) reperitur in Ht. 441 et Ad. 985,(*****) cf. Caecil. v. 91 (Ribb. p. 51),(******) Turp. v. 172 (p. 106); Cic. Br. 4, 16; n. d. 2, 62, 156; Macr. sat. 7, 3.

Liberalitas (ingenuitas, humanitas) legimus in Ad. 57,(*******) cf. Sall. Cat. 52, 11; Cic. de off. 1, 7. 20 et

---

(*) *SCHULZE* p. 26.

(**) Cf. not. Dziatzk. (Ph. ed.), *DRAEGER* l. c. p. 11 et *KROLL* p. 31.

(***) Ribb., Com. fr. p. 106. Hunc Turpilianum versum (Eho dic mihi, an oblita, obsecro, es eius crebras mansiones ad amicam....) Terentius imitatus videtur. Mansiones] commorationes (*MIN—ELLIUS I.*, cf. Ter. com. ed. Holmiae et Hamburgi 1700 p. 614 not. 54).

(****) Vid. not. in lex. *LEWIS*.

(*****) Largitas] largitudo (Nonius, cf. nott. Dziatzkonis et Plessis in edd. Ad.).

(******) Hunc Caecilianum versum (Quod prolubium, quae voluptas, quae te lactat largitas?) Terentius sine dubio imitatus est (Ad. 985).

(*******) Cf. supra p. 54 inliberalis. Vid. not. in lex. *LEWIS*. Liberalitate] bonis artibus (Schol. cod. Pemb. et gloss. Goetz); benignitate, largitate (Schlee p. 150, 21); lenitate, clementia (Ruhnk. et West.) Cf. *ERNESTI*, Clavis Cic. s. v. *LANGEN*, Die Metapher... p. 762

saepius; non raro apud scriptt. rerum arg. lat. (Suet., Tac.) et al.

Salsamentum (piscis sale aut muria conditus) legitur in Ad. 380,(*) cf. Varr. r. r. 3, 17, 7; Cic. de div. 2, 57, 117; Gell. 2, 24, 7 et saepe apud Plin. M.

Magnificentia (cf. E. 741 magnifica verba) occurrit in Ph. 930,(**) cf. Caecil. v. 71 (Ribb., Com. fr. p. 46); Cic. Lael. 6, 21 et saepius; Liv. 1, 57, 1 et al. scriptt. rerum arg. lat.

Adiectiva: tria desinentia in „arius"—cetarius, extrarius, palmarius; unum particula negativa ‹in› formatum —invenustus; unum particula ‹per› instructum—perspicax; denique exeuntia in „osus" et „entus"—suspiciosus, temulentus.

Cetarii est genus piscatorum, quod maiores pisces capit et salsamentis condit, ut vendat. Hoc adiectivum pro subst. positum reperitur in E. 257,(***) cf. Varr. ap. Non. p. 49, 15; Cic. de off. 1, 42, 150;(****) Colum. 8, 17, 12; 12, 46, 1 et al.

---

sq. et nott. Spengelii et Dziatzkonis in edd. Ad.

(*) Salsamenta] carnes sale conditas (Schlee p. 155, 23). Cf. nott. Dziatzk. et. Plessis in edd. Ad.

(**) Magnificentia] vana verba, mutilia (Perlet.); iactantia, grandiloquentia (*SCHIRACH G. B.*, Index in Horatium, Terentium et Phaedrum Halae 1768 p. 216). Cf. nott. Dziatzkonis et Slomani in edd. Ph.

(***) Cf. *SAALFELD* s. v. cetos. Cetarii] qui cete i. e. magnos pisces venditant et bolonas exercent (Donat., cf. Schlee p. 99, 16 sqq.);... qui salsamentum grandium piscium vendunt (Schol. cod. Bemb.); salsamentarii a ceto (Gloss. Goetz);... dicuntur omnes, qui pisces grandiusculos et salsamenta vendunt (Gronov. et Ruhnk.). Vid. not. Vogelii (ed. E.).

(****) Vid. p. 7.

(A); vicissitas Att. v. 586 p. 212—vicissitudo E. 276; ineptitudo Caec. v. 61 p. 44 et ineptiae Caec. inc. XXXI p. 80—ineptia(e) E. 741, Ad. 749, Ph. 648; lenitudo Pac. v. 247 p. 108, Turp. v. 189 p. 108; cf. Cic. Verr. 4, 61, 136—lenitas A. 175, Ad. 390; saevitudo Ba. 8—saevitia E. 854; severitudo Ep. 609—severitas A. 857; sorditudo Poen. 970—sordes E. 937; vanitudo Capt. 569, Pac. v. 123 p. 92—vanitas Ph. 526. Cf. quoque commemoramentum Caec. v. 166 p. 63—commemoratio A. 43; veriverbium Capt. 568—veritas A. 68. Apud Plautum senecta legitur saepissime, e. c. Most. 217, senectus Trin. 398; apud Terentium senectus occurrit septies: A. 887, Ht. 521, Ph. 434, 575, 1023; H. 119, Ad. 833; senecta semel—Ad. 954.

Pro multis priscis et Plautinis verbis activa forma et pro nonnullis frequentativis apud Terentium invenimus verba deponentia et simplicia, e. c.: commoro Turp. v. 30 p. 88—commoror Ph. 573; convivo Enn. s 2 p. 73, Titin. v. 89 p. 146, Pomp. v. 85 p. 238—convivor Ht. 206; crimino Pseud. 493, Enn. s. 21 p. 75—criminor E. 855; fabulo Mil. 443 et fabulor Capt. 548 et saepius—fabulor Ph. 654, H. 316; ludifico Amph. 585 et saepius, Enn. a. 435 p. 51. cf. Cic. Quinct. 17, 54; Sall. Iug. 36, 2; 50, 4 et ludificor Amph. 565 et saepius ludificor E. 645, 717; Ph. 948; minito Amph. fr. V p. 53, Capt. 743; Liv. v. 19 p. 3—minitor H. 427 et saepius; morigero Amph. 981 et morigeror Capt. 198—morigeror Ad. 218; munero Capt. 935, Mil. 691; Att. v. 446 p. 194, Turp. v. 203 p. 109; Cic. Deiot. 6, 17 (?), Sen. ep. 119, 5—muneror Ht. 300, Cic. inv. 2, 1, 3; Att. 7, 2, 3; par. 5, 2, 39; Hor. epod. 2, 21; opino Caec. v. 17 p. 38, Enn. trag. v. 132 p. 32 Ribb.—f. 223 p. 112 Muell.—opinor apud Ter. saepissime; olfacto Men. 167 et olfacio Men. 163—olfacio Ad. 397; praestolo Liv. v. 25 p. 4, Turp. v. 153 p. 104, Apul. met. 5, 20 et prae-

stolor—Ep. 217, Truc. 336—praestolor E 975, 977. Cf. medicor Most. 387 et saepius—medicor A. 831 et saepius et medeor Ph. 822.

Pro Plautinis et priscis adverbiis in „im", „o", „ter" exeuntibus Terentius usurpavit adverbia in „e" desinentia, cf.: perditim Afran. v. 353 p. 210—perdite Ht. 97=Ph. 82; perplexim Stich. 76 et perplexabiliter Stich. 85—perplexe E. 817; vicissatim Poen. pr. 46, Stich. 532; Naev. v. 47 p. 163 et vicissim Asin. 682 et saepius—vicissim E 815 et saepius; adsiduo Mil. 50 et saepius—adsidue Ht. 39 et saepius; avariter Curc. 126, Rud. 1238—avare Ht. 48; largiter Most. 438 et saepius, Laber. v. 8 p. 280—large E. 1078.

---

1. Haec verba nusquam nisi apud Plautum et Terentium leguntur.

A. NOMINA.

Substantiva: duo sunt ope suffixi nominum demi nutivorum formata—ridiculus Capt. 470, 477 et al., E. 244; ventulus Curc. 316, E. 595; unum adiectivum substantive positum—famelicus St. 575, E. 260.

Adiectiva: grandiculus Poen. 481, A. 814 et vocivus Cas. 596 et saepius, Ht. 90.

B. PRONOMEN.—

Meapte Truc. 471, Ht. 686.

C. VERBA.

Unum deponens—opsonor Aul. 295, St. 681: A.

451; unum incohativum compositum—edormisco Rud. 586, Amph. 697; Ad. 786; tria frequentativa: unum simplex—pulto Capt. 832 et saepius, Ht. 275, 410; Ad. 633, 637; duo composita - perrepto Amph. 1011, Rud. 223; Ad. 715; proviso Men. 704, St. 642; A. 957, E. 394, Ad. 889; tria cum praepositionibus (dis—, inter—, sub—) composita: distaedet Amph. 503, Ph. 1011; interminor Asin. 363, Capt. 791, Cas. 658, Ps. 776; A. 496, E. 830; subolet (suboleo) Cas. 277 et saepius, (Ht. 899), Ph. 474.

Ad verba quoque referenda est rara forma imperativi—inque Ba. 883, Ps. 538, Ht. 829.

D. ADVERBIA.

Duo sunt adverbia a pronominibus derivata—horsum (Mil. 304), Rud. 172; E. 219, H. 450; quopiam Most. 966, E. 462.

Ad adverbia fortasse spectat—eccere Pers. 300 et saepius, Ph. 319.

[E. Coniunctio. Utin Ep. 225, Rud. 1063; Ph. 874, H. 66.]

F. INTERIECTIONES.

Hahae Ps. 1052, A. 754; hahah(a)e Poen. 768, Ps. 946, Truc. 210; E. 497 et saepius; oiei Mil. 1406, E. 716, Ph. 663.

Itaque Terentio communia sunt cum Plauto tria verba cum praepositionibus (dis—1, inter—1, sub—1) composita totidemque verba frequentativa, tres interiectiones, tres voces deminutivae, tria vocabula composita (eccere, meapte, utin), duo adverbia a pronominibus derivata, duo adiectiva, unum adiect. substantive positum, unum verbum deponens et unum v. incohativum (= 22).

---

2. Haec verba comicis Plauto et Terentio usitata denuo emergunt apud scriptores argenteae latinitatis.

A. NOMINA.

Substantiva: ex graeco sermone translata sunt—mastigia Cas. 361 et saepius, Ad. 781; cf. Sulpic. Sev. dial. 2, 3 § 6 (=verber); sycophanta Amph. 505 et saepius, A. 815, 919; Ht. 38; Gell 14, 1, 32; symbola Curc. 474, Ep. 125, St. 432, 438; A. 88, E. 540, 607; Gell. 6, 13, 12; tech(i)na Ba. 392, Capt. 642, Most. 550, Poen. 817; E. 718; Ht. 471; Ambros. Hexaëm. 6, 4 n. 21. Tria sunt ope suffixi nominum deminut. formata: peniculus Rud. 1008 et saepius, E. 777; Plin. M. 35, 36, 19; adulescentula Ep. 43, Mil. 789, Rud. 416; A. 118, Ht. 602; Apul. met 1, 22; deridiculum Amph. 682, Mil. 92, Ps. 1058; Ht. 952; Tac. a. 3, 57 et saepius; in „tor" et „trix" desinentia—precator As. 415, Ps. 606; Ht. 976; Ph. 140; Amm. 18, 2 et al.; advorsatrix Most. 257; Ht. 1007; Tert. de anim. 51; unum verbale in „io" exiens—abitio Rud. 503, Ht. 190; Iul. Val. 3, 26; unum in „ina" exiens —tonstrina As. 408 et saepius; Ph. 89; Plin. M. 29, 6 (36) et alibi; duo vocabula composita—fidicina Ep. 47 et multis in locis; E. 457, Ph. 109; Cod. Theod. 15, 7, 10; ineptia Merc. 26; E. 741, Ad. 749; Hilar. in Matth. 5, 9.

Adiectiva: deminutivum—tardiusculus Plaut. ap. Non. p. 198, 26; Ht. 515; Augustin. de Dono persev. 16 n. 43; unum in „bilis" desinens—utibilis Men. 983, Merc. 1005, Mil. 613, Most. 859, Trin. 748; Ph. 690; Itin. Alex. 38; unum particula negativa „in" instructum—instrenuus Most. 106, Ht. 120, Suet. Vesp. 4; (unum participium perf. in gradu comparativo adhibitum—habitior

Ep. 10; E. 315, cf. Gell. 4, 20, 11 habitissimus).

B. VERBA.

Ex graeco sermone translatum est patrisso Most. 639, Ps. 442; Ad. 564; Apul. flor. 1 n. III et al.; latina sunt: tria frequentativa—unum simplex—mussito Mil. 477 et saepius, Ad. 207; Apul. mag. 71, qui ab illo derivavit subst. verbale mussitatio met. 8, 4; et al.; duo composita—incepto Curc. 24, 144; Trin. 1030, Truc. 130; A. 925, Ht. 600, 734; Ph. 629; Gell. 1, 11, 3; subigito Cas. 964, Merc. 203 sq., Mil. 652; Ht. 567; Front. p. 68 (ed. Naber); cum praepositionibus et particulis composita: „con (cum)"—conplaceo Amph. 106, Rud. 187, 727; A. 645, Ht. 773; Gell. 17, 9, 4; 18, 3, 4; Apul. met. 4, 32 et al.; constabilio Capt. 453; Ad. 771; Iuvenc. 2. 766 et al.; „dis" —dispudet Ba. 481; Most. 1166; E. 832; Claud. Mamert. Stat. an. 3, 9 n. 1; „ex"—ex(s)tillo Ps. 818; Ph. 975; Col. 12, 50, 2; „inter"—interturbo Ba. 733; A. 663; Amm. 18, 2 et saepius; „per"—percupio As. 76; E. 896; Iuvenc. carm. in Numer. 348; „re"—renumero Ba. 46, 608; H. 502; Apul. mag. 92; duo verba composita ex duabus vocibus—magnifico Men. 371, St. 101; H. 260; Pl. M. 17, 9(6) et al.; nihili pendere Most. 245, Men. 993, Trin. 607; E. 94, Ad. 452; Leo M. epp. 26 p. 745 (Migne).

C. ADVERBIA.

Unum deminutivum—longule Men. pr. 64, Rud. 266; Ht. 239; Apul. flor. 1 num. II; unum in „e" exiens —solide Trin. 850, 892; A. 964; Gell. 19, 5, 5; Apul. met. 3, 15 et al.; duo ex duabus vocibus composita—inclementer Amph. 742, Poen. 1323, Ps. 27; E. 4; Liv. 3, 48,

4 et saepius; praeut Amph. 374 et saepius, E. 301; Front. p. 20 (ed. Naber).

D. PRAEPOSITIO—

una composita—absque Ba. 412 et saepius; Ph. 188, H. 601; Front. p. 85 (ed. Naber) et al.

E. INTERIECTIONES.

Ehem—Mil. 1382 et saepius, A. 417 et saepius; Apul. met. 2, 22; euge Most. 260 et saepius; A. 345, Ht. 677, Ad. 911; Mart. 2, 27, 3, al.; papae Ba. 207 et saepiusi E. 229, 279, 317, 416; Pers. 5, 79; pax Mil. 808 et saepius, Ht. 291, 717; Auson. id 12, qui eleganter Terenti verba (Ht. 290 sq.) imitatur.(*)

His vocabulis enumeratis satis demonstratum esse mihi videtur (id quod multi doctissimi viri solum leviter tangendum putarunt) Apuleium. Gellium, Plinium M. et M. Cornelium Frontonem (nec non scriptt. rerum et eccl.) maxime comicorum voces adhibere non dubitasse.

Vocabula autem sunt (39): graeca (7), deminutiva (5), verba frequentativa (3), praepositionibus (maxime „cum") et particulis (praecipue „in") instructa (10), desi-

---

(*) Notatu dignum est fabulas Terentianas Ausonio maxime placuisse. Sufficiat hoc loco nonnulla exempla Ausonii imitationis Terentianae afferre: Ludus septem sapientum v. 154 sq. (Dec. Magni Ausonii... opuscula recensuit *RUD. PEIPER.* Lipsiae 1886) p. 177, 8—A. 61; v. 206 p. 180, 5—A. 758; v. 207 sqq. p. 180, 5—Ht. 364, 275; Epistularum liber p. 260, 15—E. 313 sq.

nentia in „tor“ (1), „trix“ (1), „io“ (1), „ina“ (1), „bilis“ (1); composita (5) et nonnulla alia (potissimum interiectiones) vocabula (4).

---

3. Haec verba comoediae scriptoribus (Plauto et Terentio) potissimum usitata plerumque occurrunt apud scriptores, qui Terentio posteriores (praecipue scriptt. arg. lat.) aut superiores (praecipue scriptt. priscae, quae vocatur, lat.) paulo sunt, vel etiam apud utrosque.

A. NOMINA.

Substantiva: ex graeco sermone translata sunt sex—arr(h)abo Mil. 957 et saep., Ht. 603, Varr.; ICti, Plin. M., Gell. (17, 2, 21), al.; bolus Curc. 611 et saep., Ht. 673, Varr., Lucil. 29, 82 p. 113 (Müll.); Suet., Auson.; colaphus Capt. 88 et saep., Ad. 199, 245; Pomp. v. 178 p. 252; Iuv., Plin. M, Quint., Sen. ph., al.; colax Plauti (VII p. 142) et Naevi com. (p. 11), E. 25, 30; logos Ba. 519 et saep., Ph. 493, Turp. v. 11 p. 86; Auson., Sen. ph., Petr., (Cic. fragm. ap. Non.), al.; pessulus Curc. 147 (bis) et saep, Ht 278, Lucil. IV, 34 p. 24; Apul. (ter); unum deminutivum—capitulum Asin. 496, Curc. 293, E. 531, Caec. v. 99 p. 52, Cat., Varr.; Plin. M., Vitr., Cels., Col., al.; duo in „ium“ desinentia—infortunium Amph. 286 et saep. Ht. 668, Ph. 1028, Ad. 178, Nov. v. 39 p. 260; Hor. a. p. 103, Liv., Macr., Apul., al.; stercilin(i)um (sterquilinum, sterculinum) Cas. 114, Pers. 407; Ph. 526, Varr., Cat.; Col., Phaedr., al.; exeuntia in „us“, „um“, „a“, „as“—scirpus Men. 247, Rud. 523 (bis), A. 941, Enn. a. 577 p. 66; Plin. M., Gell., Auson., al.; ganeum Asin. 887, Men. 703, Ad. 359, Varr. ap. Non.; labia (labiae) Mil. 93, E. 336, Cat.; Gell., Apul. met. 2, 24, al.; satias Ps. 334, E. 973, H. 594, Afr. v. 325 p. 96, Att. (bis), Lucr.; Liv, Tac., Macr., al.

Adiectiva: quinque deminutiva—compluscul us (complusculi) Rud. 131, H. 177, Turp. v. 183 p. 108 (dies complusculos—semper in fine versus); Gell. (bis), al.; meliusculus Capt. 959, 968, Curc. 489, Varr. ap. Non.; Col.; pauperculus Aul. 171 et saep., Ht. 96, Ad. 647, Caec. v. 82 p. 49, Varr.; Hor. e. 1, 17, 46; pauxillulus Merc. 193 et saep., Ph. 37 (subst.), Naev. v. 49 p. 14; Gell., Sidon. (bis), al.; tantillus Most. 394 et saep., Ad. 563, Catull. 99, 6; Cels., Augustin.; unum in „eus" exiens—iunceus St. 639, E. 316; Ov. f. 4, 870; Plin. M. (bis), Col., Auson., al.; unum participium perf. substantive positum—inpuratus Aul. 359, Rud. 543, 751, Lucil. II, 1 p. 7; Apul. met. 9, 10; unum adiect. ex duabus vocibus compositum—morigerus Capt. 966 et saep., A. 294, Afran. v. 372 p. 212, Naev., Lucr.; Apul. mag. 14 et 74, met. 2, 5.

B. PRONOMEN-

nemo fem. g. Cas. 182, A. 506, Titin. v. 158/9 p. 155.

C. VERBA.

Frequentativa sunt: adiuto Cas. 580, Truc. 559, A. 209, E. 150 et multis in locis, Afr., Pac., Att., Varr. r. r. 2, 7, 8; Lucr., Gell., Petr.; ducto Asin. 164 et saep., Ph. 500, Ad. 752, Enn. f. 298 p. 119, Sall. saepe; Tac., al.; lacto Cist. 217, A. 648, 912, Caec. v. 91 p. 51 (cf. supra p. 62 not. 6), Pac., Att., Varr., Lucr., al.; pollicitor Mil. 879, Rud. 929, A. 912, Ph. 521; Sall. Cat. 38, 1; Dig.; quaerito Ep. 440 et saep., A. 75, E. 523, Ad. 81, 321, 363, Enn. s. 24 p. 76, Pomp.; Catull., Cornif. (bis); restito Capt. 502, E. 668, Enn. s. 4 p. 73, f. 67 p.

96; Pomp., Liv., Plin.; rogito Cas. 571 et saep., A. 749 et saep., Enn. f. 273 p. 117, Verg. A. 1, 750; 10, 839, al.; victito Capt. 83 et saep., E. 1074, Varr. l. l. 5, 10; composita cum praepositionibus: „con (cum)"—conprecor Amph. 740, Ad. 699, 704, Catull. 64, 191; Ovid. (ter), Plin. S., Sen. ph., al.; concaleo Amph. 513, Pers. 88, Ht. 349, Varr. r. r. 3, 16, 38; Col.; condecoro Capt. 878, H. 45, Enn. a. 122 p. 17, Sen. ep. 66, 8, Vitr., Plin. M., al.; conduplico Ps. 1261, Ph. 516, Pac. v. 412 p. 133, Varr., Lucr. (bis); Iuv.; confabulor Cist. 743, Merc. 188, 571, H. 182, Varr. ap. Gell. 13, 11, 5; conparco Poen. 350, Ph. 44, Turp. v. 145 p. 102; Apul., Front., al.; conrado Poen. 1363, Ht. 141, Ph. 40, Ad. 242, Lucr. 1, 401, al.; ICti; „de"—deamo Ep. 219 et saep., Afr. v. 357 p. 210, Laber. v. 41 p. 285; defetiscor Ep. 720 (bis), Ph. 589 et al., Enn. a. 162 p. 22, Afr. v. 210 p. 191; deiero Cas. 670 et saep., E. 331, H. 771, Varr.; Prop., Suet., Gell. (quater), Apul. met. 1, 5 et al.; desideo Ba. 238, Ps. 1044, H. 800, Afr. v. 344 p. 209, Caec., Pac.; Phaedr., Sen. ph., Suet., Cels., Quint., al.; „e(x)"—eradico Aul. 299 et saep., A. 761=Ht. 589, Varr. r. r. 1, 27, 2; Tert., Lamprid.; exaugeo St. 304, Ht. 232, Enn. a. 314 p. 38, al.; loc. Ter. imitatus est Symm. ep. 1, 27, quod exemplum silentio praeteriit Kroll (De Q. Aurelii Symmachi studiis graecis et latinis p. I) p. 29 sqq.; exosso Amph. 318, 319 et saep., Ad. 378, Lucr. 4, 1263; Pers. 6, 52; exporrigo Ps. 1, Ad. 839, Titin. v. 172[1] p. 157; Plin. M., Pers., Mela, Prud., Sen. ph., al.; „ob"—obtrudo Curc. 366, A. 250, H. 295, Pal. inc. inc. v. 73 p. 124; Ovid., Apul. met. 7, 28, al.; occipio Asin. 794 et saep., A. 79 et saep., Caec. v. 163 p. 63, Lucr.; Liv. et Tac. saepissime; oggannio Asin. 422, Ph. 1030, Lucil. 7, 30 p. 39; Apul. met. 2, 2 et 11; „dis"—di(m)minuo 304, Most. 266, E. 803, Ad. 571, Lucr. 1, 613 (?); ii (exclamatio desperantis) Aul. 242 et al., Ht.

404, 970, Ad. 355, Afr. v. 65 p. 174, Turp. v. 179 p. 107; „re"—referio Asin. 375, Ad. 567; Ovid. met. 4, 349, Sen. ph., Auson., al.; relino St. 720 (?), Ht. 460; Verg. G. 4, 229; „sub"—subservio Men. 765, A. 735, Naev. v. 112 p. 26; al.; suffarcino Curc. 289, A. 770=Caec. v. 225 p. 72; Apul. met. 9, 29; 10, 16; al.; „ad"-adbibo Mil. 883, St. 382, Ht. 220; Hor. ep. 1, 2, 67, Gell. 2, 22, 25, qui Terentium imitatus esse videtur; „a(b)"- amolior Most. 391 et saep., A. 707, Pac. v. 16 p. 78, v. 184 p. 99, Att. v. 304 p. 176; Liv., Tac., Plin. M., Quint., Gell. 19, 1, 11, qui verbale subst. „amolitio" (12, 1, 22) formavit: duo sunt verba incohativa -labasco Rud. 1394, E. 178, Ad. 239, Att. v. 684 p. 224, Lucr.; Verg., Gell. 15, 2, 7; persentisco Aul. 63, Merc. 687, Ht. 769, 916, Att. v. 26 p. 139, Lucr. 3, 249; Apul. met. 8, 10; tria deponentia—fabulor Capt. 535 et saep., Ph. 654, H. 316, Enn. f. 224 p. 112, Titin. (ter), Afr.; Liv., Suet., Plin. M., Gell., Apul. met. 11, 16; al; medicor Merc. 951, A. 831, 944; Verg. G. 2, 135; A. 7, 756, Plin. M.; scortor Asin. 270 et saep., Ht. 206, Ad. 102, Varr. l. l. 7, 5, 96; unum verbum ex duabus vocibus compositum—magnipendo Asin. 460 et al., Ad. 879 (?), Lucr. 6, 1274 sq., Hor. s. 2, 4, 93; Tac., Sen. ph., Gell. 16, 9, 3; porro seligamus haec singularia verba: autumo-quod est verbum tragicum, cf. Quint. 8, 3, 26—Amph. 306 et saep., Ht. 19, Att. v. 579 p. 211, Pac. saepissime; Catull. 44, 2; Hor. s. 2, 3, 45, Vell., Gell. 15, 3, 6; beo Amph. 643, Asin. 332, Capt. 137, A. 106, E. 279, Titin. v. 120 p. 150; Hor. (quater), Macr., al.; gannio Plaut. fragm. ap. Varr., Ad. 556, Afr. v. 58 p. 173; v. 283 p. 200; Catull. 83, 4; Apul. met. 3, 20, Hier., al.; lucto Plaut. ap. Non. p. 468, 32, H. 829, Enn. a. 339 p. 40; mut(t)io Amph. 381 et saep., A. 505, H. 866, Enn. f. 81 p. 98; Petr., al.

D. ADVERBIA.

Quatuor sunt a pronominibus derivata: aliorsum Aul. 287, E. 82; Apul. met. 8, 16, Gell. (ter), Amm. (bis), Lact., al.; istac Ep. 660, Pers. 444, Trin. 383, Ht. 588, Enn. f. 276 p. 117; postilla Curc. 529 et al., A. 396 et saep., Enn. a. 34 p. 8, f. 11 p. 91; Catull. 84, 9, Cat. ap. Gell. 3, 7, 19; quovis Asin. 259, Most. 888, Ht. 928= Att. v. 599 p. 214; duo deminutiva—clanculum Amph. 523 et saep., E. 310 et saep., Afr. v. 47 p. 172, T. Quinct. Atta v. 24 p. 164; primulum Men. 916, 1116, Mil. 1004, Naev. v. 137 p. 31; desinentia in „e", „o", „us"—adprime Cist. 125 et al., A. 61, E. 952, H. 247, Varr. r. r. 3, 2, 17; Nep., Gell., Apul., al.; [serio Amph. 906 et saep., E. 393, 528, Ht. 541, Ad. 975, Afr. v. 126 p. 180; Liv., Plin., Quint. et al.]; publicitus Amph. 161, Ph. 978 (cf. publice—E. 290, Ad. 443), Enn. a. 183 p. 25, Caec., Titin., Lucil., Apul. (quater), Gell., al.; singularia sunt: prorsum Pers. 677, E. 254 et al., Lucr. 3, 45; Gell. 17, 3, 3; volup Amph. 958 et alibi, Ph. 610, H. 857, Enn. a. 303 p. 37, Naev.; Front. p. 225 (ed. Naber).

